# Auguſtini Niphi

## Sueſſani de Immortalitate anime.

## Libellus.



UVA. BHSC. IyR_143_2

1a

## ℭ Auguſtini Niphi Philoſophi Sueſſani de Immortalitate humanę animę Libellus aduerſus Petrum Pomponacium Mantuanum. ad Leonem X^m Pontificem Maximum.

AMbroſius Partonopeus Hęremitanus Sãctiſſimarũ litterarum Doctor egregius, Antiſtes benemeritus Sãctiſſime Pater, Cum ex Mãtuana Vrbe Partonopen ꝓficiſceretur, Sueſſę me cõperit, Vbi poſt viſitatoria uerba, lõgoſq; (ut inter amicos fieri ſolet) Sermones: tãdem libellum quẽdam de immortalitate animę Petri Põponacij Mantuani noſtra tempeſtate Philoſophi nõ obſcuri attulit, declarauitq; ſe moleſte ferre ꝙ eo libello vir ille tradiderit ⁊ phyſice, ⁊ ꝑipathetice intellectiuam animam eſſe mortalem: cum lõgis ſtudijs, magniſq; laboribus cõtrarium ſemper legerit, ⁊ ꝗdem apud pręclariſſimos viros: qui lʒ de vniuerſa anima dubitauerint, neminem tamẽ (ut aiebat) peripatheticorum ſe legiſſe meminerat, qui de intellectu vnq̃ dubius fuerit. Rogauit ergo ob hęc, ut eum legerem, relegerẽq;: ⁊ quę de ipſo ſentirem, ſcriberem: ac etiam publicarem. Ego ꝟo occupat⁹ domeſticis rebus, curęue rei familiaris, necnõ in libro Theologico, quem ad beatitudinẽ tuam ociſſime ſcripturus ſum, ſubq; eius clipeo ęditurus: prouinciam huiuſmodi recuſaui: nec ab ratione. Cum enim in eo Theologico libro errores omnes omnium Philoſophoꝝ, pręſertim eorum, qui aduerſus chriſtianam ueritatem uerbum fecerint, refutaturus ſim, inter quos errores, hunc vnum de mortalitate humanę animę potiſſimũ exploſurus fuerim, bona frõte onus recuſare videor. Demum rogauit, ut hunc ęderem, ⁊ ſub noĩe Sanctitatis tuę publicarem: nam (ut dicebat) cum omnes literati ad domum tuam tuamq; familiam, ut in tutiſſimum portum olim ſemper cõfugerint: quorum alij ad Ioãnem, alij ad Laurentium, alij ad Coſmum gẽtiles ueſtros ſemper acceſſerint, ſub quorum nomine innumeros libros vidimus publicatos, ob hoc declarauit libelluʒ meum grato animo, hylariq; vultu te ſuſcepturũ fore. Tum q̃a hoc gentile ueſtrum eſt. Tum ex innata tuę Beatitudinis virtute, qua omnes literatos ſemper amplexus es. Adiunxit ſecũdam rationem, ꝙ in hoc gratificari non parum videbor Sigiſmũdo Gonçagę, Reuerentiſſimo Cardinali Mantuano: qui cum ſemper virtutum fuerit maximus fautor, ⁊ virorum ſtudioſorum indefeſſus patronus, nõ ęquum erat ab eius deſiderio recedere rationes iſtę etſi non parui apud me fuerint momenti, illud tamen labante animum meum prorſus impulit ꝙ Pomponacius hoc ſuo in libello ea refellere enixus eſt, qua noſtro de ĩtellectu libro aſſeruimus, ibi enim immortalitatem animi ⁊ peripatheticam ⁊ naturalem eſſe compluribus argumentis aſtruximus: quibus conſideratis Sãctiſſime Pater, hũc libellum ad te ſcripſi, ⁊ ſub amplitudine Tui Sanctiſſimi nominis publicandũ eſſe curaui: vbi eorum omnium: quę in libello Pompoñ. Elenchia indigent, reperies diligentiſſime cõfutata. Nec opuſculi mireris paruitatem, cum diffuſiſſimum librum ociſſime ſub clipeo tuę Beatitudinis ſim ęditurus, vbi hunc errorem diligentius, ut diximus, ⁊ alios fere innumeros refutabimus: ⁊ ne credas beatiſſime Pater me cum Pompoñ. ſolum calamo uoluiſſe certare: ſub campo tuę Beatitudinis offero ipſi uoce duellum, nec prius ſedandum, q̃ alter noſtrum alteri herbam dederit. Valeat Tua Sanctitas, ⁊ diu Fęlix.

UVA. BHSC. IyR_143_2

# Tabula

Index breuis eoꝝ, quę in capitibus ſingulis toto continentur libello.


Queſitum de animę imortalitate pri⁹ diſtinguendum eſt, ꝙ ꝓponẽduz, quęrẽs quid de aię imortalitate ſit Ariſtotelis opio, cęteroꝝ opiones, qui lumine nãli diſſeruerũt ꝑtermittens, ꝑcipue Platonis diminure quęrit. Cap.pᵐ.
Si intellectiua aĩa, animuſqꝫ ipſe eſſet ſimpliciter mortalis, homo nec ſimpliciter, nec ſm qd eſſet mediuz inter mortalia ⁊ imortalia: imo eſſet in extremo mortalis. cap.2m.
Incertum eſt quid de humana anima ſenſerit Auer. nec in his, quę ipſe dicit de intellectiua anima, ſibi vbiqꝫ conſtat. cap.4m.
Primum ⁊ principale argumentum, quod Pompo. ex verbis Ariſtotelis inducit aduerſus opinionem Auerrois ab eo fictam. cap.6m.
Dilucidatio eius ſolõnis, quã ad primũ argumẽtũ affert Pompo. in qua exponit̃ multiplex aię ↄſideratio, multiplex eius operandi ratio. cap.7m.
Pompo. obiectio prima, qua ꝑbat nullaz eſſe aię operationem pęnitus abiunctam. cap.8m.
Defenſio prioris reſponſionis, quam affert Pompo. vbi exponitur quomodo animę aliqua operatio eſt pęnit⁹ abiuncta. cap.9m.
Excerptũ Põpo. ex hac diſtõne, per qđ declarant qdaz qũo de intellectiua aĩa agit metaphyſicus. cap.10m.
Refutatio Pompo. aduerſus excerptũ ⁊ ↄ̃ diſtõnem, ex qua excerptum deducit̃. cap.11m.
Reſumptiões de nouo diſſerendę circa hęc, quę Põpo. tetigit in primo argumento. cap.12m.
Aliqua oꝑatio eſt intellectiuę aię pęnitus e corꝑe abiuncta: ⁊ aliqua nõ ſine corꝑe ſm Auer. The. Simpliciuz: Theophraſtum, ⁊ cõplures alios. cap.13m.
Dato ꝙ nulla ſit intellectiuę animę oꝑatio e corꝑe pęnit⁹ abſoluta: ex ipſo intelligere, ⁊ velle, quę non ſine phantaſmate ſunt: ꝑbari põt aĩaz eẽ e corpore ſeparabilez, ab eodẽqꝫ ſubiectiue minime depẽdere, ⁊ rurſus exponuntur verba Ariſto. ꝑmo de aĩa. cap.14m.
Quod de intelligentÿs, ⁊ intellectiua anima pertractet phyſicus: metaphyſicus, ⁊ medius ĩter hos, qui animaſticus dicitur. cap.15m.
De ſcđa principali ratione quã Põpo. aduerſus opinionem Auerrois confecit. cap.16m.
Reſumptiões circa h̃ argu͞m diſſerẽdę. cap.17m.
Quid Auer. ⁊ diuus Thomas intelligãt per intellectiuę aię ſeparabilitatez: ⁊ qũo differunt. cap.18m.
Quę requirunt̃ ad formę ſeparabilitatez. cap.19m.
Quibus ſignis intellectiuę aię ſeparabilitas ꝑbet̃, ⁊ qd ſit eius ꝓpria operatio. cap.20m.
Qũo verba Ariſt. intelligunt̃, quę ꝑmo de aĩa poſuit, pro veritate, ⁊ pro opione Auer. cap.21m.
Qũo intellectiua aĩa põt intelligẽ ſine phãtaſmate, opiones: vbi de extaſi ⁊ lipopſychia nota. cap.22m.
Soluũtur ea, quę in ſcđa principali ratione Pompo. induxit aduerſus opinionẽ Auer. ⁊ datur multiplex intellectus verboꝝ Ariſtotelis. cap.23m.
Tertium Pompoñ. argumentuz: quo refellit Auerrois opinionem. cap.24m.
Quot modis ſm peripatheticos aĩa intelligit, ⁊ qũo põt qđ Auer. inquit, tolerari. cap.25m.
De ordine haꝝ intellectionum ſm peripatheticos, ⁊ qũo haꝝ nulla ſine phantaſmate eſt. cap.26m.
Ultimum Pompo. argumentum: quo Auerrois poſitionem refellit. cap.27m.
Reſumptiões in h̃ argumẽto differẽdę. cap.28m.
Quid ſit beatitudo. cap.29m.
De medio beandi quo mõ. ſ. aĩa beabit̃. cap.30m.
Quid ſit beandi mediuz ſm peripatheticos. cap.31m.
Qđ de facto aliqui fuerint in vita beati: ⁊ qũo catholici ⁊ ph̃i differũt, ⁊ an remaneãt poſt mortẽ. cap.32m.
Unde Auer. lꝫ falſo: ⁊ ex qb⁹ Ariſto. v̂bis intell'us vnitatem nactus ſit, ⁊ ſoluũtur argumẽta Põpo. cap.33m.
Breuis epilogus diuꝫ eoꝝ: quę Pomp. phyſice, ⁊ peripathetice de anima opinat̃. cap.35m.
Fundamẽtuz Põp. ꝑbreue: quo ꝑbat opionẽ. cap.36m.
Rationes Pomp. quibus ipſe probat omnia, quę dixit de anima. cap.37m.
Ordo ſeruãdus in ÿs: quę aduerſus opionẽ Põp. dicturi ſumus, ⁊ quot pro veritate diſſerẽda ſũt. cap.38m.
Phyſicaꝝ rõnuz, qb⁹ ꝑbat̃ intellectiuã aĩaz cũ corpore nõ mori, ſed poſt mortem remanere. cap.39m.
Scđa rõ, qua ꝑbat̃ eadem imortalitas. cap.40m.
Tertia ratio, qua ꝑbat̃ eadez imortalitas. cap.41m.
Prima Ariſtotelis auctoritas, qua ꝑbatur imortalitas, ⁊ quę expoſitores de illa. cap.42m.
Scđa Ariſto. auctoritas ſatis vrgens. cap.43m.
Tertia Ariſtotelis auctoritas. cap.44m.
Platonis auc̃tes hę ſunt de imortalitate. cap.45m.
Cęteroꝝ auc̃tes ẽt imortalitatẽ ꝑbãtes. cap.46m.
Quod rõnalis aĩa cum corpore nõ naſcat̃, ſed extrinſec⁹ accedat, prima rõne demonſtrat̃. cap.47m.
Secunda ratio, qua ꝑbatur idem. cap.48m.
Quid de origine aię ĩtellectiuę ſenſerit Ari. cap.49m.
Cauillatiões Auerroiſtaꝝ ⁊ Põp. hic refutãt̃. cap.50m.
De rõnibus, quas Pompo. cõtra opinionẽ eius induxit, hic diſputat̃ prima, ⁊ declarat̃ an qꝛ aĩa recipit imãl'r, ſit ſimpliciter imaterialis. cap.52m.
Prima rõnum eaꝝ hic diſputat̃: quę cõtra ſe a Pomp. inductę ſunt capl'o 13°. vbi ꝙ anima ſit beatitudinis capax probatur. cap.53m.
Suppoſita animi immortalitate, nemo morti, quouis in caſu exponere ſe debet, vbi de fortitudine multa nota: ⁊ an virtutes expetibiles ſint ꝓpter ſe, an illaꝝ pręmiũ ſit imortalitas. cap.54m.
Tertia ratio, quę eſt de maloꝝ punitione ⁊ bonoꝝ pręmiatione, hic diſputatur. cap.55m.
Quarta ratio, quę eſt de famoſitate immortalitatis: hic diſputatur. cap.56m.
Quinta rõ, quę eſt de miraculis: hic diſputat̃. cap.57m.
Uera opinio de anima intellectiua, ⁊ phyſice, ⁊ peripathetice aſſerta. cap.58m.
Primus modus refutandi potiſſimaz Pompo. ſuppoſitionem: vbi an anima intelligere poſſit ſine phãtaſmate iterum diſputatur. cap.59m.
Scđs modus, quo refutat̃ eadẽ ſuppoſitio, ⁊ iteꝝ diſputat̃ an aĩa poſſit ſine phãtaſmate intelligẽ. cap.60m.
Soluitur prima ratio, ⁊ declaratur quomodo anima eſt actus corporis. cap.61m.
Refutat̃ ſcđa Pompo. rõ ⁊ declarat̃ quo mõ ĩtelligere per phãtaſma eſt eſſentiale aię. cap.62m.
Refutat̃ tertia rõ, ⁊ declarat̃ aĩaz nõ intelligere, niſi per vnũ intelligẽdi moduz ſm Ariſto. cap.63m.
Refutatur quarta ratio, ⁊ exponitur quatenus aĩa nũꝙ̃ mutat ſuum intelligẽdi moduz ſiue ipſa ſit in corpore, ſiue extra corpus. cap.64m.
Refutat̃ qnta rõ, ⁊ declarat̃ per ſignuz, quaten⁹ aĩa põt intelligere aliqñ ſine phantaſmate. cap.65m.


UVA. BHSC. IyR_143_2

Refutat̄ ſexta rō, ⁊ declarat̄ quatenus aia ſeparata non remanet ſine coꝛpe, ⁊ quatenus remanet. cap.66m.
Refutatur ſeptima ratio, ⁊ exponit̄ ſi eſt abſurdum eſſe infinitum in actu. cap.67m.
Refutat̄ octaua rō, ⁊ oſtendit̄ aiaȝ eſſe mediaȝ:ſȝ aliqn̄ poſſit intelligere ſine phantaſmate. cap.68m.
Refutat̄ nona ratio, ⁊ declarat̄ qūo aia ſeparata eſt hoc aliquid, ⁊ per ſe ſubſiſtens. cap.69m.
Repetitur vndecima ratio, ⁊ complura dubia de anima poſt moꝛtem quęruntur. cap.70m.
Quę peripathetici dicerent de his qōnibꝰ. cap.71m.
Soluitur pꝛima.q. ⁊ declarat̄ an anima, cum exit a coꝛpoꝛe:motu an alteratione ad locum ſibi pꝛopꝛiuȝ pꝛoficiſcatur. cap.72m.
Soluitur ſecunda.q. ⁊ determinatur de loco animoꝛum poſt moꝛtem. cap.73m.
Soluitur ⁊ tertia.q. ⁊ declarat̄ an ſurſum an deoꝛſuȝ feratur anima poſt moꝛteȝ, an motu tractus, an per ſe natura, vel voluntate. cap.74m.
Soluitur quarta.q. ⁊ declaratur, an anima poſt moꝛtem aliqua cognoſcat, quę in vita non cognouit, vt locuȝ ad quem fertur, ⁊ pęnam, quęcunqȝ ſit illa: ⁊ pꝛęmiū quicquid ſit illud. cap.75m.
Soluitur quinta dubitatio, ⁊ declarat̄ quomodo anima deſerit coꝛpus. cap.76m.
Soluitur ſexta.q. ⁊ declaratur an animaꝝ omniuȝ vnus ſit cōmunis locus. cap.77m.
Soluitur octaua.q. ⁊ declaratur anima poſt moꝛteȝ patiatur, an gaudeat. cap.78m.
Soluitur nona.q. ⁊ declaratur an anima poſt moꝛteȝ cognoſcat ſingularia vt amicos, filios, ꝓpinquos, nec nō, ⁊ mutatiōes, quę illis ꝯtingūt. Rurſus an cognoſcat ea ſingularia, quę poſtea ꝑpetuo emergūt. cap.79m.
Undecima.q. ſoluitur ⁊ declarat̄ an anima ſeparata cognoſcat aliam animā, vtpote amici, filij vel alioꝝ: ⁊ an eam alloqui poſſit. cap.80m.
Duodecima.q. ſoluitur ⁊ declarat̄, ſi aia pōt locuȝ dimittere, vbi ſtare deputata eſt: ⁊ nobis apparere, ⁊ ſi immutabiliter vult qcqd vult. cap.81m.
Decima Pompo. rō diſputat̄: ⁊ de oꝛdine aiaꝝ ſm latitudinē ꝑfectionis determinat̄. cap.82m.
Ultima Pomp. rō diſputat̄, ⁊ declarat̄ auctoꝛitas.12.libꝛi metaphyſicę de beatitudine, ⁊ reddit̄ cā, cur Ariſtoteles nō locutus eſt de beatitudine aię poſt moꝛtē in libꝛis ſciētificis, ſȝ in alijs libꝛis, ⁊ cur de ſtatu aię ſeparatę pauca dixit: ſed ſoluȝ ſemia ſparſit. cap.83m.
Ex hęc, anima eſt imoꝛtalis, nō ſit ꝓblema neutruȝ, imo ſit concluſio per ſe demonſtrabilis, ⁊ demonſtratur hic multis rōnibꝰ, ⁊ ꝙ Plato nō opinādo, ſed aſſerēdo, de imoꝛtalitate ſit locutus. cap.84m.
Epilogus omniuȝ eoꝛuȝ, quę minus aduerſando ijs, quę Ariſtoteles dixit, dicēda ſunt de ſtatu animę poſt moꝛtem: ⁊ repetitio oiuȝ eaꝝ qōnuȝ: quę ſuperius diſputatę ſūt: ⁊ excuſatio a diligētioꝛi cura: ⁊ libelli ſubmiſſio, ad Leonis Xmi. Pontif. Maximi pedes. cap.85m.

Finis Tabulę.

UVA. BHSC. IyR_143_2

¶ Queſitū de aię imortalitate ṗus diſtinguēdū eſt, q̄ꝫ ꝓponēdū. ¶ Querēs quę de aię imortalitate ſit Ari^lis opinio, ceteroꝝ opiones, qui lumine nāli diſſeruerūt, p̄termittēs, p̄cipue Platonis, diminute quęrit. Cap. I.

Aduerſus ea que ſunt in ꝓhemio ꝯtēta.

POmponacius ḡ cū de humanę aię imortalitate diſſerere ꝓpoſuiſſet, nulla de aīa p̄miſſa diſtinctiōe, de animę imortalitate q̄rit. Cū vo gd de qōne hac ſb puro nāli lumine ſentiendū ſit adiecerit, gd de illa attigerit Ari. ceteris ph̄is p̄termiſſis, ꝛ qdē Platone etiā: diſſerē pollicet̄. q̄rū alteꝝ aduerſus Ari. p̄cepta ꝓpoſuit. Alteꝝ vo de negligētia nōn^m eſt. Qd̄ qdē p^m ꝯtra p̄cepta Ari. ꝓponat̄: teſtis eſt Ari. ipſe, qui cū multa de aīa ipſa diſſerē ꝓpoſuiſſet, p̄ de aīa lib. p̄cipit nec illa eē ꝓponēda, nec diſſerēda, niſi ṗus de aīa ip̄a diſtinctio facta fuerit, nō. n. aīa vni^9 ſp̄ei eſt, quēadmodū Phi arbitrabant̄: qui ſuo tp̄e diſputarūt: ꝓpea inq̄t, nūc qdē eniz dicētes, ꝛ quęrētes de aīa, de humana vident̄ ſolū itēdere: qd̄ qdē cū minime veꝝ ſit: p̄cepit vt de aīa ip̄a ꝯſideraret an partibilis per ſp̄ēs ſit pro dr̄ia aīaliū: an ip̄artibilis vnaq̄ꝫ atq̄ꝫ ſpecie eadē in oib^9: vt Platonici, ꝛ Pithagorici putauerunt: qui ſuo tp̄e ph̄abantur: vt eo loco Simplici^9 notauit: Pōpon. ḡ quęrēs de aię imortalitate: ſi ꝑipathe^ce diſſerē cupiebat, ṗus de aīa diſtinguē debuerat. Quā ob cām, Philoponus vir doctiſſimus, q ſb Ammony doctrina cōme^ria in libris de aīa collegit, reȝ hāc diſſerē ꝓponēs, de aīa, quā Greci pſychen appellāt, ita diſtiguit: nā aīaꝝ alia humana, alia ferina / alia phytica ꝟ eſt vegetabilis, ſiue ſtirpica eſt. Humanę aūt cōplures ꝑtes aſſignat, nā alia noetica, hoc eſt itelle^ua: alia dianoetica, ꝟ eſt diſcurſiua, ſiue rōnalis: alia ph̄ātaſtica eſt. Qua diſtōne p̄miſſa q̄rit an humana aīa mortalis ſit, an imortalis, ꝛ ſi humana imortalis: an tota, an noetica ꝟ eſt itell̄ualis ſolū: cetere vo mortales, quā rem, cuȝ Pōpo. p̄termiſiſſet, nec Ari. nec expoſitoꝝ p̄cepta ſuauit. Q̄ aūt de negligētia ſit nōndus, dū ſolū quę Ari. ſenſerit in re illa, ꝓponat diſſerē: facile demr̄ari pōt. Prio qdē ex eo, q̄ doctiſſimi Phi de imortalitate hūanę aię diſſeruerūt, ꝛ qdē ſolū phyſicis rōnib^9 inceſſerūt: qui nō minori diligētia de re illa ꝛ ꝑtractarūt, ꝛ elaborarūt: vt de ꝯtēporaneis Ari. loquar, Theophraſtus, Endemus, Xenocrates: q de imortalitate animi diligēter libellos ꝯfecerūt. Ante hos Socrates, Xenophanes, ꝛ Chreantor. Hi. n. oī hora / oī loco, ꝛ cū oī hoīe de animi imortalitate diſputarūt. Sȝ ſi erant hi p̄tereūdi, vel q̄ eoꝝ libri nō facile hn̄tur: vel q̄ eoꝝ opionib^9 non vtimur: Plato magnus reꝝ diuinaꝝ Magr̄ p̄tereūdus nō erat, cui^9 libri oēs grece editi ſunt: ꝛ admoduȝ latine. Hic. n. ꝛ ſi de animi imortalitate ſparſim cōpl̄ib^9 in locis diſputauerit: in phędone p̄cipue rem hāc attingit, vbi ꝯſtat eū, nō niſi phyſicis rōnib^9 inceſſiſſe. Accedit ad hec Ari. ipſe, q cū de aīa cōplures qōnes ꝑtractaſſet, eaꝝ ꝟitates definit nunq̄ꝫ, niſi auditis ṗſcoꝝ opionib^9 quę de illis p̄ceſſerūt, q̄ſi nō bn̄ ꝟitas hr̄i poſſit, niſi ceteroꝝ opiones narrent̄, quę aut pro ꝟitate, aut ꝯtra ꝟitateȝ repte ſunt. P̄. Quęrere gd velit Ari. in taȝ graui ꝓblemate, vr̄ admoduȝ vanū: cū ip̄e de imortalitate animi in nullo libroꝝ, eoꝝ dico: qui vel grece / vel latine ad nos ꝑuenerūt, fecit queſitū ꝑ ſe. Cuȝ. n. in libris de aīa, ꝛ in libris de aīalib^9 cōplures qōnes de aīa ipſa ꝛ gn̄atim, ꝛ ſpeciatim ꝓpoſuiſſet, nō memini me aliquā legiſſe, quę de imortalitate humanę aię mota eēt: cū igit̄ de humanę aię imortalitate nihil, niſi obiter locut^9 ſit, iure vanuȝ videt̄ quęrē gd ip̄e velit, cuȝ ex his, quę obiter dn̄r: nihil certi accipi poſſit: cuȝ pro diuiſis q̄nq̄ꝫ diuiſa afferamus. Signū nob affert, nā cum in libris ethicoꝝ diſputaſſet an fortis debeat ſe morti exponē, vt forti^nis actu potiri poſſit, accepit poſt mortē nihil remanere: qd̄ qdē nō ab re fecit, nā ſi poſt mortē aīus relinqueret̄: nulli dubiū eſſet, fortē ſe morti debere exponē: vt ḡ queſiti veritas oīno habeat̄, accipit, id, quo ꝯceſſo ꝟitas oīno relinquet̄. Duȝ vo eiſdeȝ in libris de felicitatis amplitudine loqueret̄: ſumit poſt mortē aliqd remanē, ꝛ ad mortuos ꝑuenire bonuȝ ꝛ malū ex his, quę eoꝝ ꝓpinqs ꝯtingūt in vita: hoc. n. fecit, vt felicitatis amplitudinē extolleret, noſq̄ꝫ moneret ad bn̄, beateq̄ꝫ viuēdū. Sil̄i rōne ꝛ in nālib^9 libris proceſſit: vbi lȝ quę dicit, ꝯr̄ia ſunt: ipſe tn̄ nō ſibi ꝯr̄ius eſt, cuȝ nō ex ꝓpoſito, ꝛ tanq̄ꝫ per ſe queſita illa dixerit, ſed obiter. De Platone vo nō ab rōne dici poſſet eſſe ſibi ꝯr̄ium ſi diuerſa diceret: cum de imortalitate animi feciſſet queſitū ꝑ ſe. ꝛ ob hāc rem doctiſſimus Pāphylus Euſebius 13° li° cum de Platonis incōſtātia loqueret̄: demr̄auit Platonē in his, quę de aīo dixit, nō eē ſibi cōſtāteȝ: qd̄ an verū ſit, poſtea dicemus: verū ille de Platone ita dicere potuit, qa de aīo fecit queſita ꝑ ſe. In vanuȝ ḡ laborauit Pōpon. quū quęrit diſputare, gd Ariſtoteles de imortalitate ſenſerit: q̄n qdē de illa nihil per ſe queſiuit, nihilq̄ꝫ dilucide dixit, ſȝ ea quę ex dictis ab eo colligunt̄: ſunt obiter dicta: qbus nulla prorſus fides adhibēda eſt: nec aſſerēdum eſt, qd̄ ex dictis obiter colligit̄, id omne eſſe de Ariſtotelis mēte.

De Pōpon. incuria.

T. cō. 7.

Cap 10°

De Popon. negligētia.

¶ Si itellectiua aīa, aīuſq̄ꝫ ip̄e eſſet ſimpl̄r mortalis: hō nec ſimpl̄r, nec ſm gd eſſet mediū iter mortalia ꝛ imortalia: imo eēt in extremo mortalis. Cap. II.

Aduerſus ea que ca. p°. habentur.

POſt hec Pōpon. ꝓbare enititur argumēto ab oꝑationib^9 ſumpto hoīem ip̄m eſſe iter mortalia ꝛ imortalia mediuȝ: nā ſi ad oꝑationes ſenſitiue aīe / atq̄ꝫ vegetatiue attēderimus: iter mortalia eum ꝯſtituemus: quādo qdē oꝑationes h^9 iſtr̄ię ſunt: veluti quę aīaliū mortaliū habent̄. Sin aūt ad itelligere et ad velle, ip̄m iter mortalia collocabimus, q̄ꝫ oꝑationes hę ſine iſtr̄is ſint. Qd̄ qdeȝ nec eſt ſibi ꝯſtās, nec ꝑipatheticū. Qd̄ nō ſibi ꝯſtat, facile ꝓbamus: nā ipſe in eius libelli cap. ix. phyſice arbitrat̄ itellectiuā aīam, animūq̄ꝫ ip̄m eſſe mortaleȝ ſimpl̄r. Tūc argumētor: intellectiua aīa, aīuſq̄ꝫ ipſe eſt ſimpl̄r mortalis, ḡ eſt genitus, ꝛ ex ſemine deduct^9. hec ꝯn̄tia / ſm Auerroem nō eſt dubia: quippe cum ſm ip̄m oīs forma, quę ſuo ſubō deſinēte, deſinit eſſe: ſit cōſtituta in eſſe per ſubm̄: ſitq̄ꝫ de illius po^a a motore corporeo in lucē deducta: vt clariſſime cōplurib^9 locis ab eo eſt dictū. Q̄ vo hec ꝯn̄tia ſit Ariſ. facile pȝ. Nā Ari. nō poſuit aliū modū, quo res incipiūt, niſi gn̄ationē, vt ipſe fatetur eodeȝ loco: vel ſi poſuit duos modos, vt 2° de gn̄atione aīaliū libro innuit, fortaſſe fecit, qa formarum arbitrat^9 eſt alias eſſe mortales, cuȝ corpe incipiētes, ꝛ cum eiſdē deſinētes: alias imortales, incipiētes qdeȝ nō ante corpus, ſed remanētes deſinētiū ipſe gn̄ationē fecit, imortaliū creationē, vt clariſſime eo loco cōſtat: ſi ergo intellectiua aīa, aīuſq̄ꝫ ipſe mortalis ſimpl̄r eſſet, cum per creationē nō incipiat, erit per gn̄ationeȝ

Cap 3°



UVA. BHSC. IyR_143_2

eductus de potētia materię/atqꝫ per ſemē a parētibus trāſmiſſus.pꝫ ꝗ ꝯñtia: vltra aīus eſt genit⁹,ex ſemineqꝫ trāſmiſſus.ꝗ oīs eius actio,oꝑatioqꝫ erit inſtr̄aria ꝑticularis,atqꝫ penit⁹ materię emerſa. Hęc ꝯñtia expſſe eſt Auer.3°de aīa li°.Ari.quoqꝫ 2° de gñatione aīaliū li°.hāc ꝯñtiā indicauit. Cuꝫ.n.mētē animūqꝫ extrinſecus accedere ꝓbaſſet,id omne ex eo ꝓbauit,ꝗa eius oꝑatio iſtr̄o caret:lꝫ ꝗ ꝯuertet̃ argm,cum termini ſint ꝯũtibiles,aīus eſt genit⁹,ex ſemineqꝫ trāſmiſſus,ꝗ eius oꝑatio eſt iſtrumētaria,ꝑticularis,⁊ hęc(vt Auer.verbis vtar.)Qđ ſi ita ſit,erit ⁊ ſimpl'r,⁊ ſm ꝗd moꝛtalis hō:cuꝫ nulla eius oꝑatio,nec quę ad itellectū,nec quę ad cęteras aīę ꝑtes attinet,iſtr̄o careat.Quo fit(vt nō mediū)ſed in extremo ſit ſtatuendus,qm̄ ⁊ ſimpl'r,⁊ ſm ꝗd moꝛtalis: Pōponacius ꝗ:qui ꝯcedit pm añs.vꝫ.ꝙ aīus ſit ſimpl'r moꝛtalis,ſi ſibiipſi ꝯſtare dꝫ,ꝯcedere coget̃ hoīem nullo pacto mediū eſſe,ſed extremū.Qđ ꝟo ꝑipatheticū nō ſit: ſi Pōponacius peripathetice dicit,vt ꝑipathetice arbitrat̃ dicere,pꝫ,nā aīuꝫ eſſe ſimpl'r moꝛtalē dicit eē peripatheticū.ꝗ nulla foꝛma erit in hoīe,quę nō ſit genita:⁊ cuius oꝑatio nō ſit inſtr̄aria:quo fit, vt nec ſm quid hō imoꝛtalis ſit habēdus.Quare iter moꝛtalia,⁊ imoꝛtalia nō erit vt mediū collocādū.Erit ꝗ qđ dixit,Platonicū/ nā cum aīum Platonici fecerint imoꝛtalē/cęteras hoīs foꝛas moꝛtales,imo cętera p̄ter aīum,hoīem mediū iter illa collocarūt:quā rem doctus Saluſtius ex Platonis fonte accipiens,his v̄bis ꝓtulit,oīs nr̄a vis in aīo,⁊ coꝛpoꝛe ſita eſt,animi imꝑio,coꝛꝑis ſuitio magis vtimur: alterꝝ nobis cuꝫ dijs,alterꝝ cōe cum beluis eſt. Qđ ꝗdē minime verū eēt,niſi aīus eſſet imoꝛtalis. Quare iuxta Platonis ſniaꝫ hō inter ęterna ⁊ tꝑalia mediū eſt. Non aūt iuxta eius opiōnē,qui aīuꝫ moꝛtalē ſimpl'r arbitratur. Rurſus iuxta Platonis opiōnē hoīum tres modos ponere cogimur:heroas,quoꝝ aīus remanet poſt moꝛtē htūs,vt Plato in Goꝛgia inqt.Et Plutarchus hyſtoꝛicus exponit.In beluas ꝯuerſos,quoꝝ aīus brutalitate poſt moꝛtē affect⁹ relinqt̃,vt in li° de itellectu(cum de ſtatu aīę diſputauim⁹)clariſſime expoſuimus:⁊ puros hoīes,qui mediocri vita viuūt.Qđ ꝗdē verū nō eēt,niſi aīuꝫ imoꝛtalē ſimpl'r ſtatueremus.Pōpo.ꝗ nec ſibi cōſtat,nec ꝑipathetice dicit,duꝫ ſe ꝑipathetice dicere credit,Hactenus de hominis mediocritate.

Immerſa Cōmē.5. Cap.3°.

Que Saluſtius.

Tres modos hoīum Plato ponit.

In vita Romuli.

¶ Inſufficientia modoꝝ:ꝗbus Pōpon̄.arbitrat̃ multipliciter humanam nām dici. Cap. III.

Cōtra ea que capite 2° habētur.

CUm Pōponacius ꝗ hoīeꝫ eſſe mediū ſe ꝓbaſſe arbitraret̃. Humanę nāę multiplicitatē ſic oꝛdit̃,lꝫ obſcure:homo eſt moꝛtalis atqꝫ imoꝛtalis,aut ſm eādē foꝛmaꝫ/eādēqꝫ nām:aut ſm aliā atqꝫ aliā. Si ſm aliaꝫ hō imoꝛtalis ſit,ſm aliā vnā vel plures moꝛtalis:trib⁹ modis,⁊ nō plurib⁹ euenire dicit,qꝛ vel tā foꝛa,per quā eſt imoꝛtalis,ꝙ foꝛma,per quā eſt moꝛtalis eſt pꝛo hoīum nūo multiplicata: vt ſit in ſingulis duplex foꝛma,altera per quā moꝛtalis,altera per quā imoꝛtalis dr̄,aut in oībus hoībus ea foꝛma,per quam imoꝛtalis dr̄,ſit vna oīum nūo:ea ꝟo per quā moꝛtalis pꝛo hoīum nūo multiplicata/aut ꝯtra ea per quā hō moꝛtalis eſt oīum hominū vna nūo ſit:ea ꝟo per quā eſt imoꝛtalis nūata.pꝫ ꝗ hoc pm tribus modis dici.Sin aūt dicat̃ per eādē foꝛmā,eādēqꝫ nām hoīeꝫ eſſe mediū.ſ.moꝛtalē atqꝫ imoꝛtaleꝫ:hoc erit,vel qꝛ hō per illā erit ſimpl'r imoꝛtalis,⁊ ſm ꝗd moꝛtalis:aut viceuerſa,qꝛ per illā eſt ſimpr moꝛtalis,⁊ ſm ꝗd imoꝛtalis.Uel 3° ꝗa per illā erit ſm quid vterqꝫ moꝛtalis.vꝫ.⁊ imoꝛtalis:hęc Pōpon̄. Quę ꝗdeꝫ ⁊ inoꝛdinate,⁊ iſufficiēter,atqꝫ obſcure aſſignata ſunt. Quare ꝯceſſo pꝛo veritate,ꝙ hō ipſe ſit moꝛtalis ⁊ immoꝛtalis:aut erit per eādē foꝛam:vel per aliā atqꝫ aliaꝫ: ſi per aliam atqꝫ aliaꝫ:erit vel ꝗa vtraqꝫ erit in hoībus numerata:tam illa,per quaꝫ hō eſt moꝛtalis,ꝙ illa,per quā eſt imoꝛtalis:vel ꝗa in oībus vtraqꝫ eſt vna numero:vtpote tam ea,per quam hō eſt imoꝛtalis,ꝙ ea,per quā eſt moꝛtalis:vel ꝗa alia eſt vna numero in hoībus oībus:⁊ alia numerata:ſiꝗdē in hoībus alia cōis vnaqꝫ eſt,alia numerata:h̄ bifariā eſt,vel ꝗa illa,qua hō immoꝛtalis eſt,vna oīuꝫ eſt.Alia ꝟo per quā eſt moꝛtalis, numerata:vel ꝯtra,ꝗa ea numerata eſt per quā imoꝛtalis,ea per quā eſt moꝛtalis oīuꝫ vna numero:quo fit vt nō tribus modis,ſed quatuoꝛ modis hoc ſit multiplicādū:cuius ꝯ̃riuꝫ arbitrabat̃ Pōpon̄.Sin aūt per eādem foꝛmā hō ſit moꝛtalis,⁊ imoꝛtalis,h̄ eſt,vel ꝗa per eādeꝫ eſt ſimpl'r vterqꝫ moꝛtalis.vꝫ.⁊ imoꝛtalis,aut qꝛ ꝑ eādē ſm ꝗd vterqꝫ.vꝫ.moꝛtalis,⁊ imoꝛtalis:aut ꝗa per eādem eſt ſimpl'r,⁊ ſm ꝗd vterqꝫ:qđ dupl'r eſſe pōt:ꝗa vel per eādem ſimpl'r imoꝛtalis,⁊ ſm ꝗd moꝛtalis,aut ꝯtra per eādē ſimpl'r moꝛtalis,⁊ ſm ꝗd imoꝛtalis.quare hoc 2m nō tribus ſed quatuoꝛ modis dicitur:nō ergo multiplicitas hęc/ſex modis,ſed octo dicēda eſt:cuius ꝯtrarium arbitratur Pompon̄.

¶ Incertū eſt ꝗd de hūana aīa ſenſerit Auer.nec in his, quę ipē dicit de itelleua aīa:ſibi vbiqꝫ ꝯſtat. Cap.IIII.

Cōtra ea que ca.3° ponunt̃.

POſtea Pōpon̄.(pꝛęmiſſa humanę naturę multiplicitate)de mēte Auer.aīam in hoīe duplicē ꝯſtituit. Alterā itellectiuā,per quā hō imoꝛtalis eſt.Alterā moꝛtalē,per quam moꝛtalis videt̃.Aīam ꝗdē itellectiuā de illius mēte eſſe vnā nūo in hoīb⁹ oībus tradit:eaꝫ ꝟo,per quā hō moꝛtalis eſt,aſſerit pꝛo hoīuꝫ numero multiplicari.Mouet̃ ad hęc,ex eo/ꝗa Ari.vbiqꝫ itellectū imꝑmiſtuꝫ,immālē effecit,quo fit vt ęternus ſit,⁊ vnus numero.cęteras aīas ſenſitiuā,⁊ vegetatiuā fecit iſtr̄arias, quare ⁊ moꝛtales. Quę ꝗdē opinio nō Auer.ſed Cādauēſis eſt,qui ⁊ itellectuꝫ,⁊ itellectiuā aīam vnā numero in hoībus poſuit argumēto. vꝫ.ꝗa eſt imꝑmiſta,imoꝛtalis,⁊ ęterna.Nō.n.fieri pōt,vt in ęternis indiuiduū numero multiplicet̃ ſub eadē ſpecie.Qđ ꝟo incertū ſit ꝗd de intellectiua aīa velit Auerr̄.nō eſt difficile demr̄are. Si per eius ſectatoꝛes ꝑcurrimus.nā iter itell'm ⁊ intellectiuā aīam nō paruā ſectatoꝛes dr̄iam fecerūt,qñꝗdē itellectiuā aīaꝫ totū qđdā eſſe dicūt ex itell'u/atqꝫ ſenſitiuo vegetatiuoqꝫ ꝯſtitutū.Intellectū ꝟo itellectiuę aīę partē.Fingūt.n.eſſe itellectū quaſi ſemianimā:ꝙ ſit itellectiuę aīę medietas,totū ꝟo/qđ ex ſemine traducit̃,eē alterā itellectiuę aīę medietateꝫ:ex ꝗb⁹ q̄ſi ſemiaīabus reſultat tota itellectiua aīa:quę ꝗdē numerat̃ in hoīb⁹: lꝫ itellect⁹,qui eſt illius ſemiaīa/vnus numero ſit in oībus:quā opiōnē Suggerius,⁊ Rogerius vterqꝫ Bacconitanus,ad Auer.mētē tradūt.Uiltoniēſis ꝟo acutiſſimus doctoꝛ,itellectū vnū oīuꝫ,aīam itellectiuā numeratā pꝛo hoīum nūo aſſerēs/dicit ad mentē Auer.itellectū eſſe p̊ ⁊ per ſe foꝛaꝫ infoꝛmātē nām cōeꝫ(quā ſuppo nit eſſe rem cōeꝫ oībus indiuiduis)⁊ ab illis dimerſaꝫ. Scđario ꝟo foꝛaꝫ oīum indiuiduoꝝ:pꝛo quoꝝ nūo itellectiua aīa multiplicat̃,itellectu exñte vno oīum.enitit̃ aūt oīa Auer.ꝟba ad hāc opinioneꝫ reducē,vt legētib⁹ quę ille dicit,pꝫ.Joānes Bacconitanus meo iudicio cęteroꝝ Auerroiſtaꝝ Pꝛinceps tradit ad Auer.mētē intellectū nobis bifariā copulari/vno ꝗdeꝫ numero:quo fit nr̄a potentia,per quā intelligimus:quā copulationē ſpūalē eſſe dicit,atqꝫ ꝟtualeꝫ/quatenus per hāc intellectus efficit̃ nobis,quaſi ſpūs,ſiue foꝛma,atqꝫ potentia, ſiue ꝟtus.

Opi. Candauenſis.

Rogerij ⁊ Suggerij opi.

Uiltonienſis opinio.

Joā.bac.opinio.2.ſenten. lib°.diſ.20.q. vnica.

UVA. BHSC. IyR_143_2

ſiue v̾tus.Altero ꝟo,quo ītellect⁹ ad phātaſmata copu/
lat̄,vt ad obta/quoꝝ intētiones recipit actu īmāles vir
tute intellect⁹agētis:qcqd ille ſit ſiue deus,ſiue alia res.
Et q̊uis modo ītellect⁹copulet̄ homini,ſemꝑ ipſe vnus
oīum eſt.Intellectiua autē aīa(vt inqt)plures.pȝ ergo
An intellus ⁊ aīa differāt. Auer.ſectatores nō paruā inter ītellm̄,⁊ ītellectiuā aīaȝ
Tex.cō.31. dr̄iam effeciſſe. Quā etiā veteres olfecerūt,nā(vt Ari.
inqt in p̊ de aīa lib.)Anaxagoras vr̄ alterū dicere aīaȝ,
⁊ ītellectū,cuius opionē laudat.Quãobrēȝ,dicere ſoliti
ſumus,Auer.v̾ba poſſe ad oēs opiones accōmodari.nā
vbi ip̄e ītellectiuā aīam diceret vnā numero oīum:per
aīam,nō totā,ſȝ ſemiaīaȝ ītelligit,h̄ eſt intellm̄:qui dif/
fert ab humana aīa,vt pars a toto.Ubi ꝟo rōnaleȝ nō
vnā,ſed intellectū vnū fecit:intellectiuā totū intellexit:
quę ꝯſtat pte ītrinſecus accedēte,⁊ pte ītrinſecus dedu/
cta.pȝ ḡ incertū eē,qd de humana aīa ſenſerit Auer.cū
ad eius mēteȝ boni Auer.interp̄tes differāt,nā alij ſolū
ītellm̄ imortalē:alij ītelleu̾aȝ aīaȝ imortalē aſſerāt.Incō
ſulte ḡ Pōpon̄.ptulit opionē Auer.cuȝ nō ſit oīuȝ:qui
Auer.interp̄tant̄:ſȝ Candauēſis.Nolo tn̄ te ignorare in
li° de ītellectu multa pro opinione Auer.ſcripſiſſe:nuꝑ/
rime ꝟo in his cōmentarijs,quę nūc ꝯfecimus in libris
de aīa:hac rōne,quę ſit Auer.mens,nūc diſſerē p̄termit
timus:cū intētio nr̄a ſit ſolū diſputare ea quę dicit in h̄
libello Pōpon̄.qui de aię imortalitate inſcribit̄.

¶ Themiſtius de anima intellectiua qd ſentit,incertuȝ
eſt:nec poteſt eadem ſentire,quę Auerr̄.ſed in q̄plurimis differt. Cap. V.

Cōtra ea q̄ in ca.3° ſunt. Pomponacius capite eodē arbitrat̄ Them̄.
⁊ Auer.ꝯcorditer ītelleu̾aȝ aīaȝ poſuiſſe rea/
liter diſtingui ab anima corruptibili,veruȝ
ip̄am eſſe vnā nūo in oīb⁹ hoīb⁹. Mortalē
ꝟo multiplicatā. Quę res nec eſt certa:nec
(vt oſtēdā)in oībus ſunt ꝯcordes.Qđ qdē incertuȝ ſit,
qd Them̄.velit,per eos,qui euȝ ſectant̄,atq̄ interp̄tā/
Que Tho.de Them̄. tur,ꝑcurramus.Thomas igit̄,cui⁹ingeniū,atq̄ doctri/
naȝ ſemꝑ magnifecimus:nō minus iuſtus,q̄ verus in/
terpres eo libello de intellectu,quē adu̾ſus Auer.ꝯſcri/
pſit,tradit de Themiſtij,⁊ Theophraſti decreto ītelle/
ctuȝ,intellectiuāq̄ aīam formā eſſe informātē humani
corpis:⁊ nomē ⁊ ſpēm illi p̄bētēȝ:addit agentē pro nūo
hominū multiplicari:agēteȝ dico nō eum:qui eſt quaſi
ſol:qui eſt oīum hoīum vnus numero:quē Themiſtius
deū eē arbitrat̄:ſed eum/qui ſimul illumināſ eſt,⁊ illu/
minat⁹.Hic enim pro numero hoīuȝ multiplicat̄,eſtq̄
cuiq̄ homini ꝓpius intells:qui cum intellectu patibili
intelleu̾aȝ aīaȝ cuiq̄ homini ꝓpriā ꝯſtituēs.nec hęc opi/
Cap.32°. nio diſſonat verbis Themiſtij.Tertio.n.de aīa lib.cla/
riſſime tradit agētes intells h⁹ multiplicari pro hoīum
nūo.Unde ex his,⁊ alijs quę diuus Expoſitor collegit,
de mēte Themiſtij aſſerit. Intellectiuā animā eſſe for/
mā hoīs vere informātē:⁊ qdē talē cuius duę ptes,ſiue
Que Albert⁹ de Them̄. v̾tutes ſunt intells agēs,⁊ poſſibilis. Albert⁹ ꝟo cogno/
mēto magnus,⁊ in lib.de intellectu,⁊ ītelligibili:⁊ in di
greſſionibus tertij libri de aīa:de Themiſtij ſnīa tradit
intellm̄ agentē multiplicatū,eſſe lumē qđdā ęternū:qđ
(vt in ſubo)eſt in intellectu poſſibili ab intellectu illu/
minātē ꝓgrediēs.Tale lumē Themiſtius(vt inqt)eſt
illuſtrāſ,⁊ illuſtratū:illuſtrat̄.n.ab agente. Illuſtrat ꝟo
poſſibilē intellm̄:quo fit(vt ſm Alb.)Themiſtius ve/
lit intellectiuā aīam eſſe poſſibilē intellm̄ per h⁹ lumē
Que Simpl. de Them̄. illuſtratū:⁊ nō ſoluȝ hoīs formā,ſed eidē nomē ⁊ ſpēm
p̄bere.Simplici⁹ bonus Themiſtij īterp̄rēs,tradit ad
illius mētē ex cōi intellectu,⁊ corpe aīal humanū ꝯfici,
appellat cōeȝ intellm̄,Themiſtius,id,qđ Simplicius
dianoeam,Auer.cogitatiuā appellat.Eſt.n.cōis intells
humani aīalis for̄a,⁊ qdē informāſ.Hoīeȝ ꝟo Simpli/
cius ꝯſtare dicit ex intellu,⁊ eiuſmodi humano aīali.nā
cōis intells materie adueniens humanū aīal facit,huic
aīali ītells extrinſecus accedēs ꝯſtituit hoīeȝ:hęc Sim/
plicius.Plotinus ꝟo,qui(vt dicūt iuniores)in paucis Que Plotinus de mente Them̄.
diſſentit a Themiſtio in his,quę de anima ſcribit/tra/
dit vnicuiq̄ homini aſſignādā eſſe duplicē aīaȝ,alterā
qdē q̄ſi vitā:quā Themiſtius vbiq̄ aīationē appellat:
alterā q̄ſi aīantē,viuificātēq̄:e qua aīatio in corpus ꝓ/
ficiſcit̄:ab aīa viuificante hō eſt rōnalis,⁊ intelligēs:ab
aīa viuificata eſt aīal ⁊ viuēs:dico ſm vitā hoīs ꝓpam:
eſt vtraq̄ pro nūo hoīuȝ numerata:verū quę viuificat
ęterna eſt,quę viuificat̄:corrūpit̄,atq̄ cuȝ corpe naſci/
tur,⁊ abolet̄.pȝ ḡ ex expoſitorib⁹qd velit Themiſtius,
incertū eſſe.Ex his ꝟo:quę ipſe dicit,lōge facilius eadē
incertitudo colligit̄.nā p̄mo de aīa clariſſime duas ani/
mas in hoīe vnoquoq̄ collocat,alteraȝ q̄ſi vitā,aīatio/ Cap.23.
nēq̄:per quā hō aīal eſt humanū:alterā quaſi aīantē vi
uificantēq̄:e qua illa aīa ꝓficiſcit̄ ab hac hō eſt hō:hęc
animāſ atq̄ viuificāſ eſt vna oīum hoīuȝ:imo eſt toti⁹
mūdi aīa:imo forma formaꝝ:cū ab hac oēs oīum rerū
formę ꝓficiſcant̄:aīa ꝟo aīata numerata.Ex his pȝ nō
eodē modo hāc eſſe formā hoīs,quo Auer.intellectiuā
aīaȝ,ſeu intellm̄ aſſerit formā hoīs.Hęc.n.quę animāſ
dr̄,forma eſt hoīs:nō qdē dans eſſe formalr̄,hoc eſt in/
formāſ,ſed q̄ſi ęquoce,eo modo,quo effectrix cauſa,et
creatrix eſſe p̄bet ei:qđ efficit,⁊ creat. At Auer.h̄ pacto
nec intellm̄,nec intellectiuā aīam dicit homini dare eē.
Hāc poſitionē ⁊ ſi p̊ de aīa Themiſtius clariſſime ꝓfi/
teat̄:3°quoq̄ illaȝ exp̄ſſit Auer.etiam hāc poſitionē illi Cap.23.
īponit 12° diuinę ſciētię lib.⁊ 7° eiuſdē. At 3° lib.de aīa Cap.33°.
Themiſtius negat aīaȝ,quę vitā p̄bet:eē vnā:ſed agētē Com̄.18°.
intellm̄ dicit oīum hoīum vnū numero:intellm̄ ꝟo quē Com̄.31°.
cōeȝ appellat(quē alibi vitā)⁊ aīationē nūcupat,mul/ Cap.32°.
tiplicari.Sed q̊uis modo dicat̄:Auer.differt a Themi
ſtio:cuȝ nec intellm̄,nec intellectiuā aīam velit dare eē
homini eo modo,quo Themiſtius autumat. Nō.n.ꝯce
deret Auer.intellm̄ vel intellectiuā aīaȝ in humano cor
pore aīationes,⁊ vitas efficere:vel creare. Auer.eiȝ vel
aſſereret intellm̄ ſolū opationeȝ homini dare/eſſeq̄ illi
for̄aȝ opantē:vel dare illi eē formalr̄,eſſeq̄ illi for̄aȝ īfor
mātē.Formā ꝟo formātē/vel aīam aīantē intellm̄ eſſe
homini nunq̄(vt arbitror)diceret:vt exp̄ſſe ſcribit 7°
diuinę ſciētię lib.⁊ 12°eiuſdē.pȝ ḡ incertū eſſe qd The/ Com̄.31°.
miſtius velit de aīa(⁊ q̊uis modo velit)cū Auer.decre Com̄.18°.
tis minime ſtare poſſe.Qui ꝟo luculēter expoſitas,aut
Themiſtij,aut Auer.aut alioꝝ poſitiones deſideraret,
⁊ quātū pro illis dici pōt:diligēter librū nr̄m de intellu
ꝑlegat,⁊ curioſe ruminet. Nihil enim in eo lib.p̄termi/
ſimus,qđ ijs opinionib⁹eſſet vtile.Hic aūt raptim per/
currimus:cum nr̄a intētio ſit reuidere Pōpon̄.libellū:
⁊ qd de eo ſenſerim ad te ſcribere.

¶ Primū ⁊ p̊ncipale argm̄:qđ Pōpo.ex v̾bis Ariſ.indu/
cit aduerſus pōneȝ Auer.ab eo fictā. Cap. VI.

Viſum eſt hactenus Pōpo.poſitionē quā di
xit eē Auer.⁊ Themiſtij,eē ab eo vel fictā, De his que 4° cap. Pōpon̄.
vel eē incertuȝ qd vterq̄ ſentit:ſȝ ꝯceſſa ſi/
bi illa opione,vt videamus q̄tuȝ ei⁹rōnes
valeāt:inducemus rōnes eius per ordinē,⁊
dilucide qdeȝ:nam ipſe illas ꝯfuſe,atq̄ obſcure ꝓtulit:
initio nobis ſumpto,a p̊ argumēto.Pōpon̄.itaq̄ ſumit
ex ꝟbis Ariſt.intellectiuā aīam,intellectūq̄ ip̄m nullā
opationē hr̄e penitus a corpore abſolutā:qn e corpe de/
pēdeat,vel tanq̄ a ſubto,vel tanq̄ ab obto:vel vtroq̄



UVA. BHSC. IyR_143_2

li° p̄. t.cō.1. modo. Declarauimus aūt nos in Cōmētarÿs de aīa veteribus: quę in iuuēta ꝯſcripſimus: qd e coꝛpe depēdere ſit tanq̄ȝ ab obto, ꝛ qd depēdere tanq̄ȝ a ſubto. Nūc ꝟo nobis ſit ſatis h̄, qđ Pōpon̄. aſſumit, ex his quę ipſe dicit, pbare: nā ſi quā opatione talē h̄ret, eēt ipm̄ itelligere: ſed ꝙ nō ſit itelligere opatio talis, pbat̄ ex eo: q̄a (vt

p̄mo de aīa Ariſ. inq̄t) intelligē aut eſt phātaſia / aut nō ſine phantaſia: vnde q̄ſuis in p̊ de aīa cōditional'r loquat̄. 3° ꝟo de

tex.cō.12. aīa lib. abſolute tradit ipm̄ intelligē fieri nō poſſe abſq̄ȝ

T.cō.39. ipo phātaſmate: quo fit (vt intell's nullā ſubeat opationē penit⁹ a coꝛpe abiūctā) q̄n illa aliqua rōne e coꝛpoꝛe depēdeat: quo argumēto relinquit̄ itellectiuā aīam nō eſſe ꝑm eſſe a coꝛpe abiunctā: imo ſequit̄ ipam eſſe ſimpliciter coꝛruptibilē, cuȝ nulla ſibi cōpetat opatio e coꝛpoꝛe penit⁹ abiūcta. Cętera quę Pōpon̄. adÿcit, cum ad rem faciāt minime: bona frōte p̄terimus. Declauimus

p̄mo de aīa enim in Cōmētarÿs veteribus, quę in libꝛis de aīa con

T.cō.12. ſcripſimus, quo nam pacto valeat illa ꝯn̄tia Auerr̄. Si itelligere nō eſt niſi cum imaginatione / tūc intell'us erit gn̄alis, ꝛ coꝛruptibilis. Hāc eniȝ Pōpo. nō expoſuit eo mō: quo Auer. loq̄t̄: ſed de ea ad cōmētaria te mitto.

¶ Dilucidatio eius ſolutionis quā ad p̄m argumētuȝ affert Pōpon̄. in qua exponit̄ multiplex aīę ꝯſideratio, ꝛ multiplex opandi ratio. Cap. VII.

AD hoc argm Pōpo. inducit rn̄ſionē: quę bn̄ itellecta pōt ad argm ſatiſfacere: de qua poſtea in reſumptionib⁹ eoꝝ, quę dicentur ab eo diligētius diſputabit̄. At nunc dicamus itellectiuā aīaȝ trifariā ꝯſiderari poſſe, aut in ſe, vtpote in illo p̄oꝛi, in quo, ꝛ humanā ſphęrā, ꝛ quālibet humanę ſphęrę parteȝ p̄cedit. Aut in illo p̄ioꝛi in quo p̄cedit ſingulas p̄tes humanę ſphęrę p̄teȝ: ſed eſt ſimul cuȝ ſphęra, illi vt aīa copulata. Aut 3° ꝯſiderari pōt reſpectu cuiuſq̄ȝ ſphęrę partis, vt reſpectu mei / vel tui: tūc ex hac diſtinctione rn̄ſio erit aīę itellectiuę eſſe tres opationes: aliam quę ei cōpetit in illo p̄ioꝛi: in quo ipſa ſphęrā p̄cedit: quęcūq̄ȝ illa ſit: de qua poſtea: aliam, quę illi cōpetit, vt eſt ſphęrę aīa, vtpote in illo p̄ioꝛi, in quo p̄cedit ſingulā ſphęrę parteȝ: aliā, quę illi cōpetit vt copulatę alicui ſphęrę parti vtpote mihi, vel tibi. Opatio q̄deȝ, quę intellectiuę aīę cōpetit in illo p̄ioꝛi, quo p̄cedit ſphęram: eſt ſimpl'r ętema: atq̄ȝ e coꝛpe omni rōne abiūcta: opatio ꝟo: quę ſibi cōpetit, vt ſphęrę copulat̄: eſt ęterna ꝑm ſucceſſionē, atq̄ȝ ſpēm / ꝛ ꝑm q̄d coꝛruptibilis: opatio ꝟo, quę cōpetit aīę, vt copulat̄ mihi, vel tibi: eſt penitus coꝛruptibilis: ꝑm q̄d ęterna. Ad foꝛ^aȝ igit̄ patet qđ Pōpon̄. aſſumpſit: falſum eſſe: nā ſupponit intellectuȝ nullā h̄re opationē penitus ſeparatā: cuius oppoſitum ex diſtinctiōe pȝ: ꝛ cum dr̄: ſi quā habet: illa eſt itelligere: ꝯcederet illius opionis defenſoꝛ: illā eſſe ipm̄ itelligere, ſed nō omni modo ſimplū: ſed ſolū qđ ſibi cōpetit in illo p̄ioꝛi: in quo ipa p̄cedit ſphęrā. Intelligere ꝟo, qđ eſt phātaſia, aut nō ſine phantaſia, eſt itelligere, qđ illi competit vt eſt ſphęrę copulata: vel ſphęrę parti huic, vel illi. Hoc eniȝ eſt aut phātaſia / aut nō ſine phātaſia. Hęc breuiter de reſpōſione.

¶ Pōpon̄. obiectio p̄a: qua pbat nullam eſſe aīę opationem penitus abiūctam. Cap. VIII.

SEd refutare enitit̄ Pōpon̄. rn̄ſioneȝ hāc, lȝ obſcure: naȝ definitio ei: cuius eſt definitio / ꝑm eſſe cōpetit: ſed eſſe actū coꝛpis phyſici oꝛganici eſt intellectiuę aīę definitio: ſalteȝ ꝑm cōem rōnem: ğ eſſe actū coꝛpis ꝑm eſſe cōpetit intellectiuę aīę: qđ ſi itellectus intellectiuaq̄ȝ aīa ꝑm eē erit actus coꝛpoꝛis phyſici: fit, vt nulla ſibi cōpetat opatio penitus abiūcta, queadmodum nec ipſa eſſe poteſt e coꝛpoꝛe abiuncta ꝑm eſſe.

¶ Defenſio p̄oꝛis rn̄ſionis / quā affert Pōpo. q̄uo aīę eſt aliq̄ opatio: vbi exponit̄ penit⁹ abiūcta. Cap. IX.

INducit poſt hęc breuib⁹ Pōpon̄. Ad hanc refutationē ſolōneȝ: ex eo ꝙ itellectiua aīa eſt vna itelligētiaꝝ, lȝ infima: vt 3° de aīa li° Com̄.19°. ſcribit Auer. At itelligētia quęlibet bifariā ꝯſiderari pōt. Uno q̄dē modo in ſe, hoc eſt in illo p̄ioꝛi: in quo copulationeȝ cum ſphęris p̄cedit: in quo p̄ioꝛi ipſa eſt itellect⁹ intelligēs per eſſentiā ſupioꝛis intelligētię. Alio ꝟo in oꝛdine ad eam ſphęram: quā actuat: ꝛ h̄ pacto eſt aīa, atq̄ȝ actus coꝛpoꝛis phyſici: cōſtituȝ ꝟo ex ipſa, ꝛ coꝛpoꝛe eſt aīal: lȝ ęquoce. Ad foꝛmā ergo pȝ ſolutio: nā itellectiua aīa in illo p̄ioꝛi: in quo p̄cedit ſphęrā: nō eſt aīa, nec phyſici coꝛpis act⁹: ſed cum cōſiderat̄ ipſa vt actuat ſphęrā, eſt aīa: atq̄ȝ coꝛpis act⁹. Cōcedit̄ tn̄ eſſe actū coꝛpis cōpetere itellectiuę aīę ꝑm eſſe: etiā quouis modo ꝯſideret̄: lȝ nō ꝑm rōnem: ſicuti rōnali aīali cōpetit, et homini ſub rōne aīalis ꝑm rem: quatenus homo, ꝛ hō, vt aīal ꝑm eſſe idem eſt: nō tn̄ homini cōpetit per rōnē aīalis. Sic enim omni aīali cōpeteret: vnde lȝ aīa itellectiua, ꝛ aīa intellectiua, vt intellectiua ideȝ ſint re: ꝛ eſſe actū coꝛpis ꝑm rem cōpetat aīę itellectiuę, ꝛ aīę intellectiuę vt intellectiua: tn̄ eſſe actuȝ coꝛpis nō cōpetit aīę itellectiuę per rōnem intelligētię. ğ ei pōt cōpetere aliqua opatio p̄ioꝛ, vt cōſiderat̄ ſub rōne p̄ioꝛis: veluti homini cōpetit aliqua opatio p̄ioꝛ, vtpote ipm̄ ſentire quatenus cōſiderari pōt ſub aliqua p̄ioꝛi rōne, vȝ vt aīal eſt: lȝ ꝑm rem hō ꝛ aīal idē ſint.

¶ Excerptū Pōpon̄. ex hac diſtōne, ꝑ qđ declarāt q̄dā, q̄uo de itellectiua aīa agit metaphyſicus. Cap. X.

EX diſtinctione ergo p̄poſita vſitata illa (vt inq̄t Pōpon̄.) dubitatio elidit̄: ſit ne intellectiua aīa de nāli, an de metaphyſica cōſideratione: q̄n̄q̄dē Ari. li° de p̄tibus aīaliū p̊ Cap̄.p̊. iter metacᵉ ꝯſiderata illam reponat. Elidit̄ eniȝ (vt ait) ex eo: q̄ꝛ itellectiua aīa, vt itell's eſt, ꝛ vt ꝯſiderat̄ in illo p̄ioꝛi, in quo p̄cedit ſphęrā, hoc eſt, vt vna itelligētiaꝝ: quę itelligit per ſubām / atq̄ȝ eſſentiā ſupioꝛis itelligētię: inter ꝯſiderata a metaphyſico reponēda eſt: ſin auteȝ (vt aīa ꝯſideret̄) vt videlȝ actuat humanā ſphęrā: ſic inter nālis ph̄ię p̄tes ſtatuēda eſt, ita vt vnica ſit, vt Auer. inq̄t in libꝛis Metheoꝛoꝝ: ꝛ vt de itelle- Cap̄.p̊. ctiua aīa dictū eſt, de cęteris cęleſtibus aīabus eſt dicēdum: ſiq̄dē illę, vt actus ſunt nālis coꝛpis, inter phyſice ꝯſiderata: vt itellect⁹ per eēntiā ſupioꝛis intelligētes, inter metaphyſice ꝯſiderata reponēdę ſunt. patet ergo ex diſtinctione vſitatę.q. dilucidatio.

¶ Refutatio Pōpon̄. aduerſus excerptū: ꝛ ꝯtra diſtinctionē / ex qua excerptuȝ deducit̄. Cap. XI.

OBiter igit̄ refutare enitit̄ excerptuȝ, ꝛ p̄ncipalē rn̄ſionē: excerptū q̄dem: q̄ꝛ ſi de itellectiua aīa idē iudiciuȝ eſt, ſicuti de intelligētÿs: q̄n̄ Ariſ. 12° diuinę ſciētię lib. egiſſet de intelligētÿs: de itellectiua aīa agere debuerat: alioq̄n mancus fuiſſet. P. Uniuerſę cōſiderationis T.cō.26. phyſicę intellectiuā aīam terminū ꝯſtituit Ari. lib. phyſicę auſcultationis ſcđo. Nō eniȝ in cognitiōe rerū phyſicaꝝ intellectiuā aīam fecit terminū: quo ad q̄a eſt: cuȝ phyſica cognitio / q̄a res eſt vſq̄ȝ ad deū ipm̄ diffundat̄. Erit ergo terminus in cognitione q̄d eſt: quare qđq̄d eſt intellectiuę aīę in nāli ph̄ia agēda erit: hęc aduerſus excerptū. Aduerſus ꝟo rn̄ſionē p̄ncipalē ex eo argumētatur: q̄a vni⁹ eiuſdēq̄ȝ nāę ſpecie, vnus eſt ſpecie opandi modus:

UVA. BHSC. IyR_143_2

modus:nõ ergo põt aĩa itellectiua intelligẽ itellectionẽ
e corpore depẽdẽtem:⁊ abſolutã a corpore niſi vna nã
duo eẽ hñt:dixi vnus ſpecie eſt opandi modus,quoniã
eiuſdẽ naturę numero vel ſpecie alia atq; alia rõne/pñt
eſſe diuerſi modi operãdi gñe:vt lunaris aię,quatenus
aĩa eſt,eſt mouere cęlũ:quatenus itelligẽtia,eſt itelligẽ:
at nullius intelligẽtię eſt diuerſus operãdi modus ſpe/
cie.Nõ ergo põt itellectiua aĩa intelligẽ itellectionẽ de/
pẽdẽtez a corpe:⁊ intellectionẽ abſolutã a corpore.Ui/
det aũt Achilles hoc argm aduerſus dictã rñſionem:nõ
tñ huius Achillei argumẽti Põponacius inuentor eſt.
q.15.argo.8. Sigdẽ diuus Thomas,qui in diſputationibꝰ nihil inta
ctum reliquit:clariſſime hoc argm expſſit in q̃onibus de
aĩa.P.Cõtra eãdem rñſionẽ ſequit̃ vnã nãm ſm vnuz
modũ de eodẽ obiecto hr̃e vnã numero intellectionẽ:⁊
ſm aliũ modũ ĩfinitas:qd̃ videt̃ incredibile:⁊ deducit̃
argumẽtuz:nã per modũ quo intelligit aĩa nõ dependẽ
do a corpore:intelligit vnicã intellectionẽ ęternã deuz:
per modũ ſo,quo itelligit depẽdẽdo a corpore,intelli/
git idẽ obiectũ.videlʒ deum per infinitas itellectiones:
quatenus infiniti homines deum intellexerũt/⁊ intelli/
gent.Hęc contra reſpõſionem.

¶ Reſumptiões de nouo diſſerẽdę circa hęc/quę Põp.
tetigit in primo argumẽto. Cap. XII.

P Oſt hęc (vt videat̃ gd hñ: Põpo.in argu/
mẽto aſſumpſerit)quędã denuo diligẽtius
reſumenda ſunt.Et p̊ an ſit intellectiuę aię
aliqua opatio penitꝰ e corpore abiũcta.Se/
cũdo dato ꝙ nulla ſit itellectiuę aię opatio
e corpore abſoluta,vtrũ ex ipſo itelligẽ,qd̃ nõ ſine phã/
taſmate eſt,poſſit ꝯuinci,pbariq; intellectiuã aĩaz eſſe
e corpe ſm eſſe,⁊ eẽntiã abſtractã/abſolutã,atq; inde/
pẽdẽtez:vt Auer.autumat.Tertio ſi de itellectiua aĩa,
metaphyſicus,an phyſicus agere debeat:qd̃ erat excer/
ptũ:gbus patebit quãtum valeat pm Põpoñ.argm.

¶ Aliq̃ opatio eſt intellectiuę aię penitꝰ e corpe abiũcta:
⁊ aliqua nõ ſine corpore/ſm Auer.Them̃.Simpliciũ,
Theophraſtuz,⁊ cõplures alios. Cap. XIII.

D E reſumptis g̊ diſſerẽdum eſt,⁊ quidez nõ
pro v̾itate:qm̃ in fine de veritate dicemus:
ſed pro opinione eoꝝ:quã Põpoñ.refuta/
re enitit̃.Et p̊ an aliqua aię itellectiuę opa/
tio ſit:quę nulla prorſus rõne e corpore de/
pẽdeat:⁊ de mẽte Auer.Themiſtij,Simplicij,⁊ Theo
phraſti tenemus p̊mo,ꝙ eſt aię intellectiuę opatio quę/
dã:quę nulla prorſus rõne e corpe ipſo depẽdet,hoc eſt
nec obiectiue:ſiue effectiue:nec ſbiectiue,ſiue organice:
nec diſpoſitiue.Et quę ſit hęc opatio ſm iſtos dicemus
Com̃.36o. poſtea.Auer.itaq; 3o de aĩa lib.quuz quęſiſſet an intelle
ctus corpi vnitus ſubas ſeparatas intelligẽ poſſit:oſtẽ/
dit.q.hãc nõ eẽ definiẽdã,niſi prius definiat̃ an intelle/
ctus in ſe illas intelligẽ poſſit:⁊ huius ordinis cã eſt(vt
ingt)qa itellectꝰ p̊us eſt in ſe,q̃ ſit in nobis:ergo neceſ/
ſariuz eſt pſcire an itellectꝰin illo priori,in quo eſt in ſe,
illos itelligat,⁊ poſtea an cum in nobis eſt,illas intelli/
gere poſſit.Talẽ ergo in his q̃onibus ordinez Auer.nõ
aſſignaſſet,niſi arbitratus eẽt intellectũ in ſe,hʒ eſt in il/
lo priori:in quo eſt in ſe ante ſphęram:intelligere poſſet
ſubas ſeparatas per eẽntias illaꝝ intellectionẽ.ſ.penitꝰ
Cap.51o. e corpe abiũctã:Them̃.in ſup 3o de aĩa lib.pbauit intel
lectuz in ſe intelligẽ illas ſubas loco a minori,qa.ſ.põt
intelligẽ mãles abſtrahẽdo a mã:ergo maxime abſtra/
ctas:qd̃ nõ eẽt,niſi aliqua opatio ipſi intellectui cõpete/
ret,vt in ſe ꝯſiderato.Accedit ad hęc ꝙ intellꝰus eſt infi/
Com̃.19o. ma itelligẽtiaꝝ(vt Auer.ingt 3o de aĩa lio.)ergo intelli/
git ⁊ opat̃,vt cęterę opant̃.At cęterę ſupiores intelligũt
per eẽntias illaꝝ hʒ eſt intellectione penitꝰa corpore ab/
iuncta:ergo intellectui aſſignãda eſt aliqua opatio peni/
tus e corpore,corpalibuſq; rebus abiũcta.Quaz partẽ
Theophraſtus aptiſſime aſſerit eo.vʒ.lib.quẽ de intel/
lectu,⁊ itelligibili ꝯſcripſit.Simplicius ſo vir doctiſſi
mus,cum de triplici intellectu diſtinguiſſet,intellectuz,
quo dianoetica participat,aſſerit itelligẽ ſupiores ſub/
ſtãtias in ſe:anteq̃ dianoetica eo participet:vt legẽti ea
cõmẽtaria pʒ:quę 3o de aĩa ꝯfecit.Ex his oẽs,qui Auer.
ſequunt̃:aſſerũt itellectũ hr̃e duplicẽ intellectionẽ,opa/
tionẽq; alteram:quę ſibi cõpetit,vt eſt ſuba ſeparata/⁊
itelligẽtiaꝝ vna:⁊ hęc eſt intelligẽ ſe per eẽntiã ppriaz:
⁊ ſupiores per eẽntias ſupioꝝ:hęc itellectio dicit̃ eẽ pri
ma intellectꝰopatio/e corpore,corpalibuſq; rebus peni/
tus abiuncta:ꝙ nec depẽdeat a corpe tanq̃ a ſubiecto:
nec tanq̃ ab obiecto:nec diſpoſitiue:nec principalr̃.Et
dr̃ p̊ma,ꝙ ſibi cõpetit in ſe:⁊ in illo p̊ori,in quo ipſa eſt
ſuba ſeparata,⁊ perfecta:⁊ anteq̃ ipſa humanę ſphęrę
vniat̃.Altera ſo eſt intellꝰus opatio/quę ſibi cõpetit,vt
eſt ſphęrę aĩa:quę lʒ nõ depẽdeat a corpe corpalibuſq;
rebus,vt a ſubiecto:depẽdet ſaltez a corpe,aut obiecti/
ue:aut effectiue:aut diſpoſitiue:quę ſecũda dr̃:ꝙ ſibi cõ
petit non in illo priori:in quo intellectꝰeſt ſubſtãtia per/
fecta:ſed in ſcd̃o loco:cum ipſa effecta eſt aĩa hoĩs,atq;
humanę ſphęrę vtraq; opatio dr̃ intelligẽ:verum p̊ma
penitus abiuncta eſt,ſecũda ſo nõ ſine phãtaſmate:qd̃
eſt corpis/vel corpalis rei,vt obiecti:⁊ corporis,vt ſub/
iecti.de hoc intelligẽ,qd̃ intellectui cõpetit,vt hoĩs aĩa
eſt,Ariſ.ingt eẽ phãtaſiam:aut nõ ſine phãtaſia:de hoc
etiã ingt intelligẽ nequaq̃ ſine phãtaſmate eẽ.Qd̃ ſi ita
eſt,nõ erit nobis difficile argumẽta Põpoñ.quę cõtra
hęc ꝯfecit,refellẽ.Cum enim dicebat vnius naturę non
poſſe eẽ duos opandi modos ſm ſpẽm differẽtes:recte
dicit:quoniã lʒ rei/quę intellectiua aĩa eſt:duę ſint opa/
tiones ſpecie diſtinctę:vt intelligere per abſtractionẽ,⁊
per eẽntiã reruz:quas intelligit:vtraq; tamẽ intellectio
ſubit eũdẽ ſpecie intelligẽdi modũ:qui eſt:vt intellectꝰ
intelligat intelligibilia:quę actu ſunt intellecta:ſiue illa
ſint ⁊ phãtaſmatibus ipſis accepta:ſiue aliũde:g̊ lʒ res
quę eſt intellectꝰ,⁊ aĩa hoĩs itellectiua,ſupiores ſubſtã/
tias intelligat per illarum eẽntias,⁊ hęc terrena per ab/
ſtractionẽ:oĩa intelligit per eũdẽ modũ,vt diuus Tho/
mas ingt,inquãtuz ſunt actu abſtracta,actuq; intelligi/ q.de aĩa.q.15.
bilia.Qd̃ ſo inferebat eãdez nãm de obiecto eodẽ ha/ in ſol.ad 8m.
bere vnã numero ęternã intellectionẽ:⁊ ĩfinitas nume/
ro:Auerroes nõ incredibile:ſed neciuz eſſe arbitratur.
nam itellectꝰ,quo eſt ſubſtãtia ſeparata:⁊ vna intelligẽ/
tiaꝝ:intelligit deũ vna numero itellectione:quę eſt ipſe
deus:qm̃ per illius eẽntiaz.quo ſo eſt hoĩs aĩa:cum vt
ſic,ſit aĩa infinitoꝝ hoium ſibiinuicẽ ſuccedẽtiuz in eã/
dẽ intellectionẽ dei:intelligit deuz infinitis itellectioni/
bus/quę nõ ſunt deus:ſed ſpius dei effectꝰ:qd̃ g̊ Põpo.
arbitratur eſſe abſurdũ,Auer.neceſſariũ eſſe contẽdit.
Et de prima reſpõſione hactenus.

¶ Dato ꝙ nulla ſit itellectiuę aię opatio e corpore peni/
tus abſoluta:ex ipſo intelligẽ,⁊ velle qd̃ nõ ſine phãtaſ/
mate eſt:pbari põt aĩaz eẽ e corpore ſeparabilẽ ab eo/
dẽq; ſubiectiue minime depẽdẽ:⁊ rurſus exponũtur in
ſba Ari.primo de anima. Cap. XIIII.

L Atet ergo itellectiuã aĩam,quę infima itel/
ligẽtiaꝝ eſt,⁊ in illo p̊ori:in quo ipſa pcedit
ſphęram,hr̃e opationẽ ppriã:quę nulla ra/
tione e corpore depẽdet,cuiuſmodi eſt itel/
ligere:quo itelligit ſubas ſupiores,per eẽn/

tiam illaruꝫ:ſed ꝯceſſo ei,ꝙ intellectus talem opationē
nō habeat:dico adhuc duplici via venari poſſe intelle/
ctiuā aīam eē e coꝛpoꝛe,tanꝙꝫ e ſubiecto pęnit⁹ indepē/
dētiam:p̄ma qdē ex pte ipſius intelligē:vbi aīaduertē/
dum eſt,aliquā eſſe opationē,quę lꝫ ab eo ſubto,in quo
recipiť/nullam habeat variationē,aliaꝫ quā ab eo agē/
te,a quo agiť:tn̄ aliqua eſt opatio alicuius ſubiecti:quę
a ſubiecto,in quo recipiť,variationē accipit:quęqꝫ ali/
ter ſe habet(vt in ſubiecto:aliter)vt ab agēte.Vbi cau/
ſa,calefactio in ligno,in quo recipiť:codeꝫ modo ſe ha/
bet:vt in agente,e quo agiť:qm̄ vtrobiqꝫ foꝛma mālis.
At coloꝛ in pariete aliter ſe habꝫ,⁊ aliter in viſu:in quo
recipiť.In pariete enim a quo agiť:eſt foꝛma realis:in
viſu eſt intētio,atqꝫ illius ſilr̄udo.patet ergo opationeꝫ
alicuius ſubiecti bifariā eſſe:aut quę nō aliter in ſubie/
cto ſe habet,ꝙꝫ in agēte:aut quę aliter in ſubiecto recipi
tur,ꝙꝫ in agēte eſt:tūc ex hac diſtinctiōe facile pꝫ intelle
ctiuā aīam pęnitus e ſubiecto eē indepēdentē:intelligē
enim vt recipiť in intellectiua aīa eſt opatio abſtracta,
immālis,⁊ vl'is ſaltē participatione:nō enim per eſſen/
tiam eſt abſtracta,nec per eēntiā eſt immālis,vl'iſqꝫ:qꝛ
tūc intellecta eēnt ideę vel foꝛmę per eſſentiā ſeparatę:
vel igiť participatione aīę ītellectiuę eſt talis:vel parti/
cipatione alterius ītellectionis:non participatione alte/
rius ītellectionis.Sic enim de illa vlterius quęreretur:
vel opoꝛtet venire ad aīaꝫ intellectiuā,cuius participa/
tione ſit abſtracta.Qđ ſi participatione intellectiuę aīę
ipm̄ intelligē ſit vl'e,abſtractū,atqꝫ immāle:aīa ipa per
eēntiam erit immālis,abſtracta,⁊ vl'is.Qđ aūt per eēn
tiaꝫ eſt immāle,vl'e,⁊ abſtractū:e coꝛpoꝛe depēdere nō
pōt,vt a ſubiecto.pꝫ ergo intellectiuaꝫ aīam eē pęnitus
e coꝛpoꝛe abſtractā,vt a ſubiecto ex eo.vꝫ.qa eius opa/
tio aliter ab ipſa eſt:ꝙꝫ in agēte ſit.Quare lꝫ ipm̄ intelli
gere nō ſit abſqꝫ phātaſmate,qa tamē aliter eſt in intel
lectu:⁊ aliter in phātaſmatib⁹/ideo ſtat intelligē eſſe nō
ſine phātaſmate:⁊ intellectiuā aīam,participatione cu/
ius eſt abſtractū,vl'e,⁊ immāle:eē ſimpl'r e coꝛpoꝛe in/
depēdēteꝫ.rurſus ſtabit intellectiuā aīam participatio/
ne cuius ipm̄ intelligē eſt abſtractuꝫ:eē magis,⁊ per eſ/
ſentiā abſtractā:qm̄quidē omne tale per participationē
reduciť ad aliqđ tale per eēntiam:ergo lꝫ ipm̄ intelligē
nō ſit ſine coꝛpoꝛe/aīa ītellectiua eſt e coꝛpe,ſimpl'r in/
T.c.13. depēdēs. ¶ His dilucidatis,videamus Ariſ.vba,quę
lib.de aīa p̊ ſic hn̄tur:ſiqdē igiť eſt aīę operū:aut paſſio/
num ppa:ꝯtingit vtiqꝫ ipſam ſeparari:ſi vo nullum eſt
ppriū ipſius:nō vtiqꝫ erit ſeparabilis.Hęc Ari.ad ver/
buꝫ:ex qbus argumētoꝛ,ſumpta pm̄a hypothetica,ad/
do poſitionē an̄tis ſic,ſed nullū eſt aīę opus ppriuꝫ,er/
go nō ꝯtingit ſeparari:cuius ꝯ̄riū dicebamus:⁊ ꝙ nul
luꝫ ſit opus aīę ppriū.pꝫ qa ſi qđ eēt:illud eēt intelligē:
at intelligē nō eſt,qm̄ vel eſt phātaſia:vel nō ſine phan
taſia.Hoc eſt totum qđ pōt Pōpon̄.tācti ante ipm̄ di/
uus Thomas qōnibus diſputatis de aīa hoc diligenter
ꝯſiderauit.Auerroes vo ob ignoꝛātiam Gręcaꝝ lraruꝫ
etiā pꝛo ſe nō bn̄ intelligit.nam vbū ipam ad opationē,
vel paſſionem retulit:⁊ male:qa opus,vel opatio gręce
eſt ἔργων,ergon:paſſio aūt gręce eſt pathema:⁊ vtrūqꝫ
eſt neutri gn̄is:at verbū ipſam gręce eſt fęminini gn̄is:
ppterea nō niſi ad aīam referēduꝫ eſt.Eſt ergo ſenſus,
ſi aliqđ opus aut aliqua paſſio,eſt aīę ppa:ꝯtingit ipam
aīam ſeparari.Hęc eſt pm̄a hypothetica,ſi vo nullum
opus eſt ppriū ipſius aīę:aīa nō erit ſeparabilis.Ex ſe/
cūda hypothetica ponēdo an̄s ſequiť poſitio ꝯn̄tis.vꝫ.
aīum nō eſſe ſeparabilē:ppterea pꝛo Auer.defenſione
opoꝛtet aliter dicere,ꝙꝫ ipſe pꝛo ſe dicat:lꝫ pꝛo veritate

poſtea hęc vba diligētius ptractabimus.Philoponus
itaqꝫ in his Cōmentarijs:quę ſub Ammonio in his de
aīa libꝛis ſcripſit,has duas ppōnes abiunctas fecit,aſ/
ſerēs has in nōnullos Platonicos perperam Platonis
vba intelligētes retuliſſe.Hi enim ex phędone accepe/
rūt intellectiuā aīam creatam fuiſſe ante coꝛpoꝛa:⁊ qui/
dem pfectaꝫ:qm̄ cum ppꝛia eius opatione:quę eſt intel
ligere.Cōtra quos aſſumpſit Ariſ.intelligē vel eē phan/
taſiam:aut nō ſine phātaſia:volēs ex hoc hr̄e aīam nul
laꝫ hr̄e opationē ſine coꝛpoꝛe:qm̄quidē ipm̄ intelligere:
qđ maxime videť eſſe ſine coꝛpoꝛe:eſt nō ſine coꝛpoꝛe,
hoc verificato:ſubiūgit duas hypotheticas pęnitus ab/
iunctas.pm̄a eſt:ſi aliqđ opus eſt aīę ppꝛiū:ita vt antea
ſibi inſit,ꝙꝫ coꝛpoꝛi vniať:ꝯtingit aīaꝫ ſeparari:hoc eſt
pręfuiſſe ſeparatā,⁊ ante coꝛpoꝛa factam:At ſi nullum
opus eſt aīę ppꝛiū,ita,vt antea ſibi inſit:ꝙꝫ coꝛpi vnia/
tur:ipſa aīa nō erit in ſe ſeparabilis:ita vt antea coꝛpo/
re ſit pfecta:⁊ facta.Tūc addēdum eſt ſecūdę hypothe
ticę an̄s:ſed nullum opus eſt aīę ppꝛium:ita vt illi inſit
anteꝙꝫ coꝛpoꝛi vniať:ergo nō ꝯtingit ipſam eſſe ſepara
tam,vt ante coꝛpoꝛa ſit,⁊ quidē pfecta.Qđ vo nullum
opus ſit ppꝛium aīę:ita vt antea ſibi inſit,ꝙꝫ ad coꝛpus
deſcēdat:ex ſolutione.q.quam Ariſt.p̊ de aīa mouit,pa/
tet:nam ſi qđ opus ſic ppꝛium aīę eſt,maxime eſt intel/
ligere:at vt obſeruatio docet,intelligē vel eſt phātaſia:
vel nō ſine phātaſia.Ex his hr̄e vult aīam nō ſeparatā
quaſi ante coꝛpoꝛa creatā.Patet ergo hęc nō eſſe cōtra
opinionē eoꝝ:qui aſſerūt aīam eſſe abſtractaꝫ a coꝛpo/
re.Nō enim intelligūt per abſtractā,vt ipa facta ſit an/
teꝙꝫ ſit in coꝛpoꝛe:ſed per abſtractā intelligūt pęnitus e
ſubiecto coꝛpoꝛeqꝫ indepēdēteꝫ.Stat enim aīam eſſe e
coꝛpoꝛe indepēdētem/⁊ in coꝛpoꝛe eſſe:⁊ coꝛpoꝛi dare
eſſe:vt de intelligētijs:quę ſunt cęloꝝ aīę:patet.Hę eniꝫ
nō dependēt a cęlo:⁊ ſunt in cęlo:illis ſiqdē eſſe prębēt:
vt in libꝛis de cęlo deduximus.Quod vo poſſit aliqua Qđ vt⁹ poſſit
vtus ſine foꝛma,ſine potētia eſſe pęnit⁹ a ſubiecto inde/ eſſe indepen/
pēdēs:cuius opatio nō eſt abſqꝫ ſubiecto:pm̄o patet de dēs:cui⁹ opa/
intelligētijs:quę ab eaꝝ coꝛpoꝛibus nullatenus depen/ tio depēdet.
dēt:⁊ tn̄ mouere cęlum,qđ eſt eaꝝ opatio:ſine coꝛpe nō
eſt:nō enim intelligētia depēdet a cęlo:nec pm̄arie:nec
ſecūdarie:⁊ tn̄ eius opatio ſalteꝫ ſecūdaria depēdet ab
illo.Secūdo patet ſm eoꝝ Theologoꝝ opinioneꝫ:quę
dicit creaturas eſſe obiectū ſecūdariū ītellectionis:qua
deus intelligit creaturas.Secūduꝫ enim hoꝝ opinionē
deus nec pꝛimarie/nec ſcđarie depēdet a creatura:⁊ tn̄
intellectio ſub eo reſpectu:quo eſt creature,dependet a
creatura:vt ab obiecto.ergo ſtat virtutē eſſe ſimpl'r in/
depēdētem a ſubiecto:cuius ſalteꝫ aliqua opatio illi p/
pꝛia dependet ab illo.¶ Ex hiſce clariſſime patet tale
argm̄ non cogere:opatio alicuius potētię depēdet a coꝛ/ Defect⁹ argu/
poꝛe:ergo potētia:cuius illa opatio eſt:depēdet a coꝛpo mēti Pōpo.
re:teneret enim quādo illa opatio nō afficereť a poten/
tia ſm aliquē moduꝫ ppꝛium:vt in ppoſito eſt:intelle/
ctio enim nō eſt ſine coꝛpe:verum qꝛ afficiť ab aīa ſm
modū aīę ppꝛium(reddiť enim immālis,abſtracta,⁊
abſoluta)ideo aīa pōt eſſe indepēdēs.patet igiť ex ipſo
intelligē intellectū e coꝛpe nō depēdere:cuius ppa opa/
tio e coꝛpoꝛe depēdet:qđ petebamus.Poſt hęc ex ipſo
velle ideꝫ clariſſime deduci pōt:ſupponēdo enim ipm̄
velle eſſe plene liberū,vt obſuatio docet,nam quouis
etiā delectabili pn̄tato/tale poſſumus libere appꝛoba/
re/vel repꝛobare:vt qlibet in ſe expiť.Tūc arguo ſi ītel
lectiua aīa depēderet a coꝛpe:quelibet eius potētia eēt
coꝛpe imerſa:⁊ ita nō pōt eē ſupꝛa coꝛpus,illi dn̄ando.
obſeruatio.n.docet oēm potētiā neceſſitari ab obiecto,

coꝛpeqꝫ

UVA. BHSC. IyR_143_2

coꝛpoꝛeq; ipſo:ſi eſt appetitiua virt⁹ coꝛpoꝛi imerſa:vt de appetitu ſenſitiuo, ⁊ nāli nemo eſt, qui dubitat. Cuz igiṫ pñtato nobis q̊uis delectabili in pñte nr̄a eſt illud appꝛobare:fit, vt aīa, virtute cui⁹ appetim⁹:nō ſit foꝛa depēdens e coꝛpoꝛe:illi.ſ.impꝛeſſa. Ex his duab⁹ opationib⁹ pz itellectiuā aīam nullaten⁹ depēdere e coꝛpe. Qḋ erat ꝓpoſitū. Utrū v̊o poſſit virt⁹ eſſe in coꝛpe:e q̊ nō depēdet:⁊ quo mō pōt dici in coꝛpe:ſi ab illo nō dependet, in nouis de aīa cōmētarys declaram⁹:⁊ declarabimus:qñ veritatē dilucidabimus in hoc libello.

¶ Qḋ de intelligētys ⁊ intellectiua aīa ꝯtractet phyſic⁹, metaphīc⁹ ⁊ medi⁹ iter hos ꝗ aīaſtic⁹ dr̄. Cap. XV.

Poſt hęc de tertio reſumēdo diſſerēduz eſt, an vz de itelligētys, ⁊ de aīa itellectiua phyſicus, metaphīcus, ⁊ medius iter hos agāt. Dicam⁹ igiṫ pro dilucidatiōe veritatis, eē duas de reb⁹ ſcias extremas: ⁊ aliā de medys reb⁹ mediā:extremę ſunt metaphīca ⁊ nālis. Illa ꝗdē ꝙ de abſtractis a mā ſꝫ eſſentiā, vl' qꝛ de reb⁹:q̄ ꝑ eſſentiā nō icludūt māz:phyſica v̊o:qꝛ de reb⁹:quę per eſſentiā ſūt in mā:vel qꝛ nō pñt eē cōes niſi reb⁹:q̄ ſunt in mā. Medie v̊o ſūt:quas gręci mathematicas appellant:hui⁹ gñis (vt Themiſtius inqt) eſt ea ſcia:quę de aīab⁹ eſt, dico aīab⁹ taz cęleſtib⁹/ꝗ̄ terrenis:⁊ ea quę de quātis:vt quę de diſcretis, ⁊ quę de cōtinuis: oēs.n.iſtę dicunṫ medię, ⁊ mathematicę. Medię ꝗdez:ꝙ de reb⁹ medys iter ſimpl'r abſtracta:⁊ ſimpl'r ꝯcreta. Mathematicę v̊o, qꝛ ꝓcedūt ꝑ demones certiſſimos: ex q̄ mō ꝓcedendi tales ſcię/quę de reb⁹ medys ſūt:mathematicę dicunṫ. Eſt tñ dr̄ia, ꝙ ſcia de quātis ꝑ excellētiā dr̄ mathematica vtpote noīuz pęnuria. Scia v̊o, q̄ de aīa eſt, nō ſic vulgo dr̄ mathematica/ veꝝ de his ī antiqs, ⁊ nouis de aīa cōmētarys egim⁹. Ulteri⁹ ōbes ſcire aīas intell'uales, cuiꝯ ſunt cęloꝝ, ⁊ hoīuz aię:trifariā ꝯſiderari poſſe. Uno mō, vt intell's, atq; intelligētię. Alio mō, vt ꝑfectiōes phyſicoꝝ coꝛpoꝝ:h̄ eſt, vt motoꝛes illoꝝ: ⁊ tertio, vt itellectuales aię:quaſi res medię. Pꝛio mō, bifariā intelligi pñt:aut ꝑ eſſentiā h̄ eſt itellectiōe, quę eſt illaꝝ eēntia:q̊uo iferioꝛ itelligētia ꝑ eſſentiā itelligit ſupioꝛē:⁊ h̄ mō beat⁹:cui copulat⁹ eſt intell's agens ſm̄ Auer. intelligit illas, quā ſciam Auer. appellat quę non currit curſu ſciaꝝ ſpeculatiuaꝝ. Aly intuitiuā:⁊ hęc eſt metaphyſica in ſe:quā ipſę intelligētię hñt:⁊ hoc modo nō loqmur de cognitiōe illaꝝ:qm̄ nullus dubitat illam eē metaphyſicā. Alio modo cognoſci pñt cog̊ne/quę eſt illaꝝ effect⁹, hoc eſt ex eo:qꝛ ex illaꝝ effectib⁹ colliguntṫ quedaz attributa:quoꝝ aggregatio eſt cognitio illaruz: hęc.n.ſi colliguntṫ ex phātaſmatib⁹ metaphīcis:ſpectāt ad metaphyſicā nr̄az:quā Ariſto. tradit, ⁊ Plato. Sunt aūt hoꝝ attributoꝝ: quę ex metaphyſicis phātaſmatibus colliguntṫ:alia ꝑ moduz ꝗd, h̄ eſt ꝑ modum gñis ⁊ dr̄ię collecta. Alia ꝑ moduz qualis: q̄ſi ꝓpa accidentia ex his fluētia:de ꝗb⁹ oīb⁹ metaphyſicus agit, quatenus colliguntṫ ex metaphyſicis phātaſmatib⁹. Sic igiṫ cōſiderādo itelligētias:vt intell's, de his agit metaphīcus: qm̄ ſi ꝯſideranṫ, vt pꝛo illaꝝ eſſentiā cognoſcūṫ:habeṫ metaphyſica beatifica. Sin aūt cognoſcunṫ cog̊ne quę eſt illaꝝ effectus:ſic eſt cognitio deſcriptiua:quę habeṫ per attributa/aggregatiōe illoꝝ:⁊ ſic de illis agimus in metaphyſica nr̄a:quā tradunt Ariſto. ⁊ Plato. Sin aūt intellectuales ipſę ſubſtātię ꝯſiderenṫ, vt motoꝛes phyſicoꝝ coꝛpoꝝ:ſic ex phātaſmatib⁹ phyſicis colliguntur quędaz attributa per moduz ꝗd: cōgregatiōe quoꝛum quędaz phyſica deſcriptio colligiṫ:⁊ quędaz colligūtur per moduz qualis:quę ſunt quaſi fluentia ab illis: quę per moduz ꝗd colligebanṫ:⁊ hoc pacto de eis pꝛoſpicit phyſica:quę nālis phīa eſt. Sūt aūt hę duę ꝯſiderationes extremę. Pꝛia ꝗdez/quę eſt de ſubſtātys itellectualib⁹, quaten⁹ intelligētię ſūt, eſt metaphyſica:ꝙ ſit ſumpta ex phātaſmatib⁹ metaphyſicis:his.n. colligiṫ q̄daz attributoꝝ ꝑ modū ꝗd aggregatio:quę loco definitiōis illoꝝ eſt. Scd̄a v̊o, quę eſt de illis, vt motoꝛes coꝛpoꝛuz ſūt:quę ꝗa hr̄ ex phyſicis phātaſmatib⁹: dr̄ phyſica. At ſi tertio illę ꝯſiderenṫ vt itellectuales aię, h̄ eſt, vt illaꝝ cōſideratio colligiṫ ex phātaſmatib⁹ medys:ſic eſt illaruz ſcia media, ⁊ mathematica. ¶ Ex his ſeqṫ de illis, poſſe hr̄i tres d̄ſcriptionū ſpēs:p̄ma eſt aggregatio eoꝝ attributoꝝ:quę colliguntṫ ex phātaſmatib⁹ metaphyſicis:hac deſcriptiōe deus definiṫ, ꝙ ſit intell'us ſeipſum intelligēs per ei⁹ eſſentiā. Alia eſt eoꝝ attributoꝝ aggregatio:quę ex phātaſmatib⁹ phyſicis colligiṫ:qua deſcriptione dr̄ deus eſt p̄mus motoꝛ:virtute cui⁹ omnia mouent. Tertia eſt media:quę ex phantaſmatibus medys colligiṫ:qua dicimus deum eſſe actuz coꝛpoꝛis phyſici. ¶ Sequiṫ ſcd̄o de illis poſſe haberi tres ſpēs ꝑ modū qualis:nam ex attributis per moduz ꝗd deſcriptiones illaꝝ cōſtant:attributa per moduz qualis ſunt, vt accidentia ab pꝛimis quaſi fluentia. Colliguntṫ aūt trifariā hęc attributa, quatenus etiā phātaſmata trifariaz ſunt. ¶ His ſic dilucidatis, elidiṫ p̄ma rō Pōpo. quę erat ꝯ excerptū. Pꝛimo ꝗdez, ꝗa duz de intelligētys egit:etiā de intellectiua aīa egit, vt illa intell'us eſt. Scd̄o nō op⁹ erat agere de itellectiua aīa in metaphyſica illa Ari. qꝛ illa nō eſt vl'is ad oēs res metaphyſicas, ſatis eniz erat agē de itellectiua aīa in libꝛo de aīa:nā dū egit de itellectiua aīa q̄ten⁹ intell's eſt, h̄ fecit vt aīaſtic⁹ mediat iter phyſicū ⁊ metaphyſicuz:⁊ de excerpto hactenus.

Tres de intellectualib⁹ ſubſtantijs deſcriptionū ſpēs.

Tres attributoꝝ ſpēs.

¶ De ſcd̄a p̄ncipali rōne, quā Pomp. aduerſus opiōnē Auer. confecit. Cap. XVI.

Hactenus de p̄ma rōne, quā Pomp. aduerſus Auer. cōfecit:⁊ de ſcd̄a agēduz eſt. Eſt tamē aīaduertēduz Pomp. illaz obſcure, ⁊ ſine oꝛdine tradidiſſe: ꝓpterea enitar in ipſa oꝛdinē ponere, vt intelligaṫ eius vis. Sumamus ğ p̄mo ꝙ ad ꝓbāduz intell'z eē imoꝛtalez, neċē eſt ꝓbare ipm̄ eē imālem. Sed nihil eſt in ſenſib⁹ nr̄is, quo imālitas aię ꝓbari poſſit. ğ volūtaria eſt poſitio Auer. Qḋ nihil in ſenſib⁹ notuz ſit:quo aię imālitas ꝓbeṫ, ſyllogiçat ex eo:qꝛ aīa diciṫ mālis altera duarū cauſaꝝ:vel quia pꝛo eius operatione requirit oꝛganuz: vel ꝗa exire nō pōt in actuz ſine coꝛpoꝛe. Pꝛima cauſa clara eſt ex libꝛis de aīa ſcd̄o ⁊ tertio. Scd̄a ꝓbaṫ:quia p̄mo de aīa oſtendit animā nō ſeparari:qꝛ ſine phantaſmate nō operaṫ. Ergo per cōtrariū diciṫ aīa imaterialis:qꝛ ⁊ ſine oꝛgano operaṫ:⁊ ſine coꝛpoꝛe. Sed nullum eſt ſignum euidens, quo ſaltem ꝓbeṫ eam poſſe exire ad actuz, ſine coꝛpoꝛe. ergo nulluz eſt ſignū, quo poteſt illius imaterialitas cōuinci. P̄. Si eſſet aliqḋ ſignū potiſſimuz illud eſſet, qḋ Auer. aſſignat tertio libꝛo de aīa: ꝗa recipit omnes foꝛmas materiales:ſed hoc ſignū deſtruit ſeipſuz:naz ſi recipit foꝛmas materiales, non exit ad actū ſine coꝛpoꝛe. ergo ex eo:qꝛ recipit oēs materiales foꝛmas/ſequiṫ ipſaz nō eſſe imālez. P̄. Si eēt aliqḋ ſignum, id eſſet, qꝛ nō eget oꝛgano, vt ſubiecto: ſed hoc nō eſt:qꝛ tunc nō vtraq; conditio requireret ad imaterialitatez:ſed ſufficeret hęc ſola. qḋ videṫ cōtra Ariſto. quia ꝯcludit animā nō ſeparari, per hoc, ꝗa intelligere non eſt ſine phantaſmate. ergo ad imoꝛtalitatez requiritur vtraq;. P̄. Conſiderentur verba Ariſto. pꝛimo de aīa. naz ex illis hęc colligiṫ ꝓpoſitio/ſi intell's eſt phan-

T.cō.12.

T.cō.12.

UVA. BHSC. IyR_143_2

taſia: vel nō ſine phātaſia: itell's nō ſeparat̃: ſʒ ad diſtinctiuā ſufficit vnā ꝑtē eē veraʒ: ergo ex eo ſolo: qꝛ nō eſt ſine phātaſia: relingt̃ aiaʒ nō ſepari. ꝑ. Qñcūqʒ alicui rei duo modi ſub diſtōne aſſignant̃: res illa pōt a q̃uis illoꝝ ſeparari: etiaʒ ipſa ꝑfecte ſtante: vt ꝑ exēpla pʒ: ſʒ aia dr̃ mālis, vl' ga eſt phātaſia, vl' ga nō ſine phātaſia. g̃ ex eo ſolo: qꝛ nō ſine phātaſia exit ad actū: ipſa nō ſeparabit̃. ꝑ. Si aiꝫ ſeparabilitas imālitaſqʒ ꝓbari poſſet, nō niſi ga eſſet aliq̃ opatio ꝓbaret̃: queꝫ eſſet penit⁹ abiuncta a corꝑe, ⁊ tāq̄ʒ a ſubto: ⁊ tāq̄ʒ ab obto. Sʒ hec opatio ꝑ nulluʒ euidēs ſignū ꝓbari pōt / niſi ꝑ imālitatem. g̃ petitio ꝑncipij. ꝑ. Si ad imālitatē ꝓbādaʒ ſufficit: vt nō depēdeat a corꝑe, vt a ſubto. Fruſtra Ariſto. addit cū ꝓbat inſepabilitatē, qꝛ intelligē eſt phantaſia: vel nō ſine phātaſia. ꝑ. ſi imālitas ꝓbat̃: qꝛ nō dependet a ſubto corꝑe: ſtabit ipſaʒ eē imālēʒ: ⁊ itelligē nō eē ſine phantaſia: qȯ ſi ſtabit ſic: fruſtra Ariſto. addit vel non ſine phantaſia. ¶ Ex his obſcure traditis, deducit diuū Thomū ⁊ Auerroem nō recte dicere Ari. tenuiſſe aiꝫ intellectiuꝫ imortalitatē: cuʒ apertiſſime ex his, queꝫ ipſe dicit ipſaʒ eſſe inſeparabileʒ deducat.

¶ Reſumptiōes circa h̃ argͫ diſſerēdꝫ. Cap. XVII.

S Ed circa ho⁹ arguͫ ꝑmo diſſerēduʒ ē. Quid Auer. ⁊ Thomas intelligāt per aiꝫ intellectiuꝫ ſeparabilitatē: ⁊ ſi iter eos eſt aliqua dr̃ia. Scdō vidēdū eſt, quot regrant̃ ad h̃, vt forma dicat̃ ſeparata. Diſſerēduʒ 3° eſt, ſi eſt aliqȯ ſignū euidens, quo poſſint Thomas, ⁊ Auerroes aiꝫ ſeparabilitatē ꝓbare, quā de illa intellexerūt.

pmo d aia. t.cō.12.

Uidendum 4° eſt pro v̈itate, ⁊ pro opione Auer. quid Ari. itellexit in illis v̈bis / queꝫ ſupius expoſuim⁹. Quinto diſſerēduʒ erit pro opionib⁹ alioꝝ, ⁊ pro opione Ari. ſi aia intelligere poſſet ſine phantaſmate.

¶ Quid Auer. ⁊ diu⁹ Thomas itelligāt ꝑ itellectiuꝫ aiꝫ ſeparabilitatē, ⁊ q̄uo differunt. Cap. XVIII.

V T igit̃ videat̃ q̄rū valeāt: queꝫ Pōp. ingt in h̃ libello: de ſingulis diſſerēdū erit, dicamus g̃ gd diu⁹ Thomas, ⁊ gd Auer. intelligāt ꝑ itellectiuꝫ aiꝫ ſepabilitatē. Auerroes igit̃ in libro de ſuba orbis mālēʒ formam eā aſſerit: queꝫ ꝯſtituit̃ in eſſe ꝑ ſubʒ: h̃ eſt, queꝫ dependet in eſſe, ⁊ in ꝯſeruari a ſubto. Ergo apud ip̄m oīs forma / queꝫ depēdet a ſubto: cui⁹ eſt forma: dr̃ mālis, cōcreta, ⁊ inſeparabilis: quare ſi licet ꝑ oppͫ ſyllogiꝫari: queꝫcūqʒ forma nō depēdet ab ei⁹ ſubto: dicet̃ abſtracta, imālis, ⁊ ſeparabilis. Ex quo ſegt̃ formā poſſe eē ſeparatam a ſuo ſubō: ⁊ illi dare eē, ſpēʒ, ⁊ nomē: qm̄ (vt dicebam⁹) forma dr̃ ſeparata ex eo ſolo: qꝛ nō depēdet ab ei⁹ ſubō: modo nō repugnat formā dare eſſe ſuo ſubto formal'r illud informādo, ⁊ ab eodē nō depēdere. Et lʒ pro hoc multa ſint Auer. v̈ba: ſufficiāt nobis queꝫ dicit ꝑmo phyſice auſcultationis: cuʒ. n. de celo ipſo loqueret̃ inquit, ⁊ ga caret hoc ſubto: ideo caret forma: queꝫ ſuſtēret̃ ꝑ hoc ſubm: ⁊ fuit neceſſe, vt for^a ei⁹ eſſet libata ab h̃ ſubto, ⁊ vt nō hēat ꝯſtōneʒ ꝑ corp⁹ celeſte: ſʒ corp⁹ celeſte cōſtituit̃ ꝑ illaʒ. pʒ g̃ ex his v̈bis Auer. intelligētiaʒ formal'r cōſtituere celū: dici v̈o ſeparatā: qꝛ nō ꝯſtituit̃. pōt ergo ꝼm Auer. intell's eē for^a iformās humanū corp⁹: ⁊ ſeparata: informans gdē: qꝛ illud in eſſe formal'r conſtituit. Separata v̈o: qꝛ ab eo nō depēdet. Ex hiſce pʒ de ſeparabilitate, ⁊ inſeparabilitate intell's, ſiue itellectiuꝫ aiꝫ nullaʒ eſſe dr̃iaʒ inter diuū Thomā, ⁊ Auer. naʒ diuus Tho. aiaʒ vult eē formā corꝑis, quaten⁹ ipſuʒ ꝯſtituendo, illud formal'r informat: inſeparabileʒ v̈o ab eodē: qꝛ ab illo nō dependet: queꝫ oīa cōcedit Auer. Sunt tn̄

Cōmē.53. in calce.

Q2 nō ſit dr̃ia iter Thom. ⁊ Auerroem.

dr̃ie, ꝑma gdeʒ, qꝛ Auer. intell'ʒ poſuit ſubaʒ vtraqʒ ex ꝑte eternā: Thomas v̈o per creationē illaʒ de nouo factā ꝑſuadet, poſt mortē tn̄ ꝑpetuo remanere. Scdā: ga Auer. intell'm vult eē vnū nuō in oīb⁹ hoīb⁹: Thomas vult intell'm ſicut ⁊ aiaʒ multiplicari pro nuō corpoꝝ. Tertia dr̃ia eſt, ꝙ diu⁹ Thomas p̄ter intellectiuā in hoīe nullā aliā formā poſuit: qm̄ itellectiuā dicit ſimul eſſe ſenſitiuā, ⁊ vegetatiuā. At Auer. intellectiuaʒ ponit corp⁹ humanū informantē: ⁊ p̄ter illaʒ poſuit in hoīe cogitatiuā, quā greci dianoeticā appellāt, queꝫ ſimul eſt ſenſitiua, ⁊ vegetatiua in hoīe: hac. n. mediāte intellectiuaʒ voluit humanū corp⁹ iformare. ¶ Ex his ſegt̃ itellectiuā eē ſeparatā a corꝑe humano: ⁊ in eo eē. Eſt gdē ſeparata ſeparatiōe depēdentiꝫ: qm̄ ꝼm vtrāqʒ opionē e corpore humano minime depēdet: eſt v̈o in humano corꝑe: qꝛ illud per ſe iformat, vt vtraqʒ opio autumat. ¶ Scdō ſegt̃ hoīeʒ formal'r intelligē ꝼm vtrāqʒ opionem: qm̄ intelligit ꝑ itellectiuā: queꝫ eſt informās eſſential'r corp⁹ humanū: nō aūt ꝑ formaʒ: queꝫ humano corpori aſſiſtit: vt putat Landauēſis: qȯ hec ſit opio Auer. lʒ diu⁹ Thomas de eo al'r ſentiat: in cōmētarijs: queꝫ nuperrime ꝯficim⁹ de aia: ſatis pulchre dilucidauim⁹: ꝙ v̈o illa ſit diui Thomeꝫ: nemo eſt, qui dubitat.

Quō differūt Tho. ⁊ Auer.

Quō itellectiua ſit ſeparata ⁊ in corꝑe.

Quō homo intelligit.

¶ Queꝫ regrunt̃ ad forme ſepabilitatē. Cap. XIX.

E X his pʒ ad formeꝫ ſeparabilitatē vnuʒ tm̄ eē neciuʒ, vʒ ꝙ ab ei⁹ ſubto: cui⁹ eſt forma in eſſe nō depēdeat. Ad formeꝫ v̈o mālitatē regrit̃, vt e ſubō in eſſe depēdeat: cuius eſt forma. Ex h̃ nōnulli, ⁊ gdē actu arbitrant̃ oēʒ formā organicā eē mālēʒ, h̃ eſt eē a corꝑe depēdenteʒ: cū organica for^a ſit: cui⁹ opatio depēdet a certa, ꝯſtitutaqʒ corꝑis ꝑticula, tanq̄ʒ a ſubto: vel tanq̄ʒ a cōſubō. At fieri nō pōt, vt alicui⁹ formeꝫ opatio ab aliq̃ ꝑticula corꝑis (vt a ſubiecto) depēdeat, gn ipſa etiā a ſubiecto depēdeat. oīs g̃ organica eſt mālis: atqʒ e corꝑe dependens. Cōtra v̈o nō oīs mālis eſt organica, cū (vt dicūt) for^a ignis mālis ſit, ⁊ nō organica: nō. n. ei⁹ opatio ꝑficit̃ ꝑ certā ignis ꝑticulam: ſʒ pōt exerceri ꝑ totū / ⁊ ꝑ ſingulas ignis ꝑtes. Segt̃ 2° oēʒ formā mālēʒ hr̃e opationē: queꝫ ſine obiecto corporeo ꝑfici nō pōt: nō tn̄ oīs forā: cui⁹ opatio eē nō pōt ſine obiecto corporeo / eſt mālis: vt ſupi⁹ dixim⁹: vtpote qn̄ talis opatio afficeret̃ a for^a / cui⁹ eſt opatio: naʒ qn̄ a for^a opatio afficit̃ v̈litate, ⁊ abſtrabibilitate: for^a erit ꝑ eſſentiā abſtracta: ⁊ tn̄ ei⁹ opatio eē pōt: vt nō ſine obiecto corporeo: vt ſupius deduxim⁹. Quib⁹ pʒ ad formeꝫ ſepabilitatē nō illa duo regri: vt Pōp. autumat: vʒ ꝙ ſit organica / ⁊ cui⁹ opatio nō ſine corꝑe ſit: ſʒ vnū tm̄, vt e corꝑe, tanq̄ʒ a ſubto nō depēdeat. Nā lʒ valeat arguͫ, eſt organica, ⁊ eius opatio nō ſine corꝑe eſt. g̃ mālis: nō valet ꝑꝑ hec duo: ſʒ ſoluʒ, ga eſt organica: nec valet eſt organica. g̃ mālis: qꝛ organicū ⁊ māle ꝯuertunt̃ ꝼm opionē eoꝝ: quos dixim⁹: ſed ga arguͫ eſt ab iferiori ad ſuū ſupius. Utrū v̈o ꝼm veritatē oē organicū ſit māle: ⁊ oē māle organicum: bona difficultas ē: ſʒ nobis nūc ſatis ſit locuʒ aperuiſſe. Quot igit̃ ad formeꝫ ſeparabilitatē regrunt̃, ex hiſce pʒ.

Scot⁹ in ꝗlibeto. q. 14.

¶ Quib⁹ ſignis intellectiuꝫ aiꝫ ſeparabilitas ꝓbet̃: ⁊ gd ſit eius ꝓpria operatio. Cap. XX.

Q Uia igit̃ intellectiuꝫ aiꝫ ſepabilitas, ⁊ eiuſdeʒ a corꝑe indepēdētia idē eſt, ſi ſigna indepēdentiꝫ iueniemus, ſigna ſeparabilitatis relinquent̃. Signū g̃ ꝙ intellectiua aia e corꝑe, vt a ſubiecto nō depēdet, eſt independentia ei⁹ opationis a corpore vt a ſubiecto: qꝛ eniʒ intelligere, ⁊ velle nō dependent e corꝑe, vt a ſubō: aia,

UVA. BHSC. IyR_143_2

cuius illę opatiões ſunt:e ſubto ipſo dependere nō pōt. Qđ vͦo ītelligere ⁊ velle e corpe nō depēdent, vt a ſubiecto/pſpicuū eſt,qꝛ imediatū illoꝝ ſubm eſt intellectiua aīa. P.Quia ſunt abſqꝫ corpis ꝯditionibꝰ:ſunt.n.corporis ꝯditiões hic,⁊ nūc,⁊ reliquę,quę īdiuiduū ꝯſtituūt. At intelligere ⁊ velle vl'iter,⁊ abſtracte aīe intellectiuę inſunt:nō ergo in corpe:vt in ſubto ineſſe pnt.Ex his pꝫ ꝙ lꝫ intelligere, ⁊ velle depēdeant a corpe, vt ab obto/intellectiua aīa pōt eſſe ſeparata:nō.n.depēdentia opationis a corpe vt ab obiecto īfert aīaꝫ depēdere a corpe vt ſubiecto:naꝫ(vt dicebamus)ītelligētię opatio ſcđa depēdet a cęlo,vt ab obiecto: ⁊ tñ ipſa nec pͥmarie,nec ſcđarie depēdet a cęlo,vt a ſubto. P.Scđm aliquos intellectio dei reſpectiua,qua ipſe ītelligit lapideꝫ/depēdet a lapide,vt ab obto:⁊ tñ deꝰ nec pͥmarie,nec ſcđarie depēdet a lapide:hęc fuerūt bñ ſupius deducta.pꝫ ͦg ꝙ opatiōis obtiua depēdentia a corpe,nō ꝯcludit formā, cuiꝰ eſt opatio:eē mālez: ſed ſubtiua depēdētia illud ſignificat. Pꝫ vlteriꝰ ſignū,quo ſciri pōt intellectiuā aīaꝫ hr̄e aliā opationē q̄ſi pͥmā p̄ter velle, ⁊ intelligē phātaſtica:eē ipm intelligē ⁊ velle phātaſticū: hoc eſt qđ non ſine phātaſmate eſt.naꝫ cū ex intelligē ⁊ velle phātaſticis hēamꝰ ipſaꝫ nō depēdere a corpe, vt a ſubto: ſcimꝰ eā remanē corpe aboleto: ⁊ cū ſciamꝰ ipſaꝫ nō remanē fruſtra poſt mortē:ſcimꝰ eā hr̄e opationē aliquā:quę cū nō poſſit eē ītelligē,⁊ velle phātaſticū:nō.n.poſt mortē intelligit,aut vult p depēdentiā ad phātaſma.ͦg ſcimus opationē illaꝫ eē intelligere, ⁊ velle alteriꝰ rōnis ab intelligere,⁊ velle phātaſticis:qđ vͦo illud ſit:poſtea dicemus.Sꝫ quō ſtet ipſaꝫ poſſe ītelligē oīno ſine phantaſmate:⁊ intelligē phātaſticū eē ſignū eiꝰ ſeparabilitatis, atqꝫ eiꝰ pͥme opationis:poſtea dicemꝰ. Ex his apparet nec intelligē,⁊ velle phātaſticū,nec intelligē,⁊ velle alteriꝰ rōnis eē ꝓpꝛiā,⁊ inſepabilez ītellectiuę aīę opationem:pꝫ qꝛ nullū illoꝝ eſt ſibi coęuū:naꝫ dū eſt in corpe intelligit nō per intelligē alteriꝰ rōnis:⁊ vult nō p velle alteriꝰ rōnis. Poſt mortē vͦo ītelligit,⁊ vult nō p intelligere,⁊ velle phātaſticū.ͦg intelligere, ⁊ velle ītellectiuę aīę coęua ſunt,intelligē ⁊ velle eoꝝ intelligibilium:quę ſunt actu ītellecta,ſiue ſint ſine phātaſmate,ſiue nō ſine phātaſmate: ab H.n.nunq̄ abſoluit̃ intellectiua aīa,vt intellectiua aīa:duꝫ exit ad eiꝰ actualez opationē.

¶ Quō vba Ariſto. intelligunt̃/quę p̄ de aīa poſuit pro veritate,⁊ pro opīone Auer. Cap. XXI.

T.cō.11. HJs viſis de Ariſto. vbis diſſerēduꝫ eē arbitror,⁊ ſm Auer.⁊ pro vitate.Scđm Auerroem qdē:nam vt dicebamꝰ aucte Philoponi/Ariſto. mouet aduerſus Platonicos perperā vba Phędonis ītelligētes qōnez. Utruꝫ.ſ.ipſius aīę intellectiuę ſit aliq̄ ꝓpͣ opatio:quę ſupple ſibi ſeparatiꝫ inſit in illo pͥori:in quo nōdum ad corpꝰ deſcēdit:vt iſti putabāt, qui aīas creatas añ eaꝝ corpora autumāt.An vꝫ añ corpꝰ nō opet̃: ſed incipiat ſil' cū corpe opari. Rñdet Ari. de qbuſdā opatiōibꝰ nō eē difficile definire:q̄les ſunt opatiões,quę cōpetūt aīę vt ſenſitiua eſt, vel vegetatiua:naꝫ iſte non inſunt aīę in illo priori:in quo nōduꝫ venit ad corpꝰ:ſed ſoluꝫ,vt eſt in corpe.Sed magna dubitatio eſt de ipſo intelligē:nā hoc vr̄ aīę ꝓpꝛiū:ita vt ſibi inſit ſeparatim. Reſpondet ipſuꝫ intelligere nō eſſe ſic ꝓpꝛiū:qđ ſibi inſit anteq̄ ad corpꝰ deſcēdet:quīqdeꝫ ītelligē:quo nos experimur res mālesintelligere:aut phātaſia eſt,aut non ſine phantaſia.ergo ſibi ineſſe nō pōt anteq̄ ad corpus deſcendat. Ecce quō loquit̃ de ītelligere:qđ pͥmo aīę ineſſe experimur:tale.n.nō ſine phātaſmate eſt. Poſt hęc,cuꝫ declaraſſet ipm intelligere:qđ pͥmo aīę experimur ineſſe:nō eſſe abſqꝫ corpe phātaſtico:ſubſcribit duas ꝯditiōales inuicē abiunctas. Prima eſt, ſi aliqua opatio eſt aīę ꝓpꝛia:ita vt aīe inſit in illo priori:in quo nōduꝫ ad corpꝰ venit:ipſaꝫ aīaꝫ cōtingit ſeparari.ſ.in illo priori:in quo tale ītelligē ſibi ineſt:hęc eſt pͥma hypothetica. Scđa,ſi nulla opatio eſt ipſi ꝓpͣ:vt poſſit ſibi ineſſe in illo pͥori: ipſa non erit ſeparabilis:ſed ex ſolutione dictę.q.nulla eſt hoc pacto ſibi ꝓpꝛia:qm̄ ītelligē: qđ pͥmo ſibi ineſſe experimur:nō ſine phantaſmate eſt. ergo aīa fuit ſeparata:⁊ facta añ corpora:pꝫ ergo ex hac expoſitiōe nihil cōtra Auer. relinqui.Ariſto. eniꝫ ſolum ex his hr̄e vult animā nō eſſe ante corpora ſeparatā:qm̄ intelligere:qđ pͥmo ſibi ineſſe experimur nō ſine corpore eſt: hęc pro Auerrois opinione. Pro veritate vͦo debes ſcire Ariſtotelez bene velle intellectiuā aīaꝫ poſt mortē remanere: aſſerit tamē nō eſſe formal'r animā,niſi cū corpꝰ actualiter informat:ꝓpterea cum intellectiua anima deſinit corpus informare:deſinit eſſe aīa: nō tamē deſinit eſſe intellectus,aut intelligētia/aut deſinit eſſe: quare lꝫ id, qđ anima eſt,poſt mortē remaneat:nō quideꝫ,vt aīa:ſꝫ vt intellectꝰ,vel intelligētia remanet.Qđ vͦo ita ſit:mouet.q.an oīs opatio aīę.ſ.quę eſt eiꝰ, vt aīa:ſit ſibi ⁊ corpori cōīs:an aliqua ſit aīę ꝓpꝛia,vt aīa eſt. Rñdet nullam eſſe ꝓpꝛiā opationē aīę,quatenꝰ aīa eſt, naꝫ maxīe intelligere eſſet:qđ pͥmo ſibi ineſſe experimur:intelligē eniꝫ ineſt ſibi,q̄ pͥmū corpori ineſt:⁊ tñ ſibi ꝓpꝛiū non eſt:cū nō ſine phātaſmate ſit.Ex his verificat duas hypotheticas. Prima eſt:ſi aliqua eſt operatio aīę ꝓpꝛia: quę ſibi cōpetit quatenus aīa eſt: ipſaꝫ quatenꝰ aīa eſt, cōtingit ſeparari poſt mortē.Scđa ſi nulla operatio eſt animę ꝓpꝛia,vt aīa eſt,ipſam,vt aīa eſt, nō cōtingit ſeparari: ſꝫ ex ſoluꝫ dictę.q.nulla eſt aīę operatio:quatenus illa anima eſt. ͦg de facto ipſa, vt aīa nō poteſt poſt mortē remanere.Sed occurres dato ꝙ nulla operatio ſit ſibi ꝓpꝛia, vt anima eſt, vtrū pōt ipſa aliqua ratiōe eſſe ſeparata. Reſpōdet exēplo ſumpto a recto:qđ concretiue ſumptū tangit ſphęram in aliquo ſigno:hoc eſt, vt rectum:abſtractiue vͦo ſumptū hoc eſt, vt rectitudo: nō tāgit ſphęrā,niſi ſm imaginationē:ita aīa vt aīa intelligit intellectiōe ꝯcretiua:quę ſibi pͥmo videt̃ ineſſe: tali aūt intellectiōe ꝯcretiua ipſa vt abſtracta, atqꝫ intellectꝰ nō intelligit:ſed intellectiōe abſtracta a phātaſmate.Ex qbꝰ pꝫ Ariſtotelez nō negaſſe aīaꝫ remanere poſt mortē:ſed ſoluꝫ aſſeruit illā nō remanere,quo aīa eſt,cū ipſa(vt aīa)nullaꝫ ꝓpꝛiā hēat opationē. Remanet aūt,vt intellectꝰ,atqꝫ vt intelligētia pfecta: quę poſtea nō ampliꝰ indiget corpe:acq̄ſiuit.n. pfectionē:q̄ nō ſibi ampliꝰ eſt corpe opus. Qđ ſi aliqui ad mentem Ariſto.dicāt aīaꝫ poſt mortē remanere:nō ītelligūt per aīaꝫ,quatenus aīa:ſed rem:quę eſt aīa.res.n.quę eſt aīa: remanet poſt mortē:qꝛ ſibi remanet aliqua opatio p̄ter intelligē:qđ ſibi ineſt pͥmo:cū corpori ineſt: de q̄ poſtea dicemus:hāc expōnez doctiſſimꝰ Simplicius in eiꝰ cōmentarijs appoſuit:niſi ꝙ intellectū dicit ptē aīę. Ideo cōcedit intellectū remanere:aīam vͦo nō:ſed de eiꝰ opinione alibi hactenus de verbis Ariſto. T.cō.12.

¶ Quō intellectiua aīa pōt ītelligē ſine phātaſmate,opiniones:vbi de extaſi ⁊ lipopſychia nota. Cap.XXII.

POſt hęc an anima (de intellectiua ſemper loquor) ſine phantaſmate intelligere poſſit: Platonici arbitrantes animas ante earum corpora creatas, tradunt animas intelligere ſine phantaſmate, quoniā anteq̄ ad corpora deſcendant, vtpote per ſpecies eis cōnatas Opinio Plato.

UVA. BHSC. IyR_143_2

intelligũt oīa que intelligibilia ſunt. Hec vo ad corpora deſcẽdentes, q̃ſi oblite reminiſcunt̃ p phãtaſmata: qua rõne fit (vt phãtaſma nõ pro intelligere ſit ſimpl'r neceſſariũ: ſ3 pro intelligere in corpe) qd eſt ip3 reminiſci.

Opinio Auer. Peripathetici vo nõ vna rõne ſentiũt. Auerroes.n. (vt ſupi⁹ dicebamus) aſſerit aīa3 in illo ꝑozi in quo ꝓcedit ſphera humanã, vbi.ſ.eſt vna intelligẽtiaꝝ, īfima v3/intelligere ſine phãtaſmate, qñ ſupiores ſubas per illaꝝ eſſentias: cũ vo ſphere vnit̃: vtpote, in illo ꝑozi: in q̃ itelligit̃ vnita ſphere nõ huic, vel illi hoi, itelligit per phãtaſma: ſ3 nõ p h, vel illud phãtaſma: ſ3 p phãtaſma/qd ẜm ſpẽs eſt ꝑpetuũ: nã intell's, vt aīa ſphere ſemp itelligit lapide3/per phãtaſma lapidis: nõ q̃de3 hui⁹ vel illi⁹ hoīs, ſ3 hoīs: in cui⁹ ſubiecti maiozi pte eſt ipſe ꝑfectus. At cũ intell'r vnit⁹ huic, vel illi/intelligit lapidẽ p phãtaſma hui⁹/vel illi⁹ hoīs. p3 g q̃uo aīa itelligit per phãtaſma, ⁊ q̃uo ſine phãtaſmate ẜm Auer.

Opinio Auicẽ. Auicẽna vo arbitrat̃ aīa3 in addiſcẽdo egere phãtaſmatib⁹. In intelligẽdo vo poſtq̃ didicit, nullaten⁹ eis egere. Quo vo mõ h fieri poſſit: in nr̃is de aīa cõmẽtarijs nuperrime ędi tis declarauim⁹. Sũt aũt hui⁹ rei argu⁹ nob illi, q extaſim patiũt̃. Hi.n.cũ redeũt: cõplura, ⁊ q̃dẽ mirabilia ſe itellexiſſe, ⁊ vidiſſe narrãt: ⁊ tñ phãtaſmatib⁹ nõ vſi fuerũt: erãt.n.a ſenſib⁹ adeo diſtracti, vt puncti minie ſentirẽt.

Opinio Grecoꝝ. Themiſti⁹ vo, ⁊ Simplicius arbitrãtes memoriã nõ eẽ in pte intellectiua/ſ3 ſolũ in ſenſitiua: dixerũt tamdiu ſpẽs, quas notiões appellãt, in itell'u remanẽ q̃ diu ipſe itelligit: ceſſante vo ab ipſo itellige, ceſſant ſpẽs ab intellectu: ⁊ phãtaſmatũ memoria relinq̃t in pte ſenſitiua: q̃ ipſi itell'ui iſeruit. Quo fit, vt aīa ſine phãtaſmate neq̃q̃ itelligat: nã cũ ſine ſpẽb⁹ itellige nõ poſſit: nec ſine phãtaſmatib⁹ itelligere põt: que ipſaꝝ ſpẽꝝ, ſunt ⁊ gnatiua, ⁊ (ſi amittunt̃) reuocatiua.

Opinio ꝓpria. ¶ Ego vo ab his, que diu⁹ Thomas ingt, nõ recedẽs dicerẽ intellectiuã aīa3, quo aīa eſt, itellige nõ poſſe ſine phãtaſmatib⁹. nã quo aīa eſt, act⁹ corpis eſt, cui vtutes ſenſitiue neceſſariã cõnexionẽ dicũt: adeo, vt ſine illis aīa in actũ exire non poſſit. S3 aīa vt itell's eſt, ſine illis itellige põt: nõ eni3 intell'ua aīa vt intell's cũ ſenſitiuis vtutib⁹ neceſſariã cõnexionẽ dicit, q̃ngdẽ vt itell's, nullius corpis eſt act⁹, imo vt intell's ſine corpe eſt, ⁊ eẽ põt, g aīa, vt intell's in intelligẽdo nõ eget phãtaſmatib⁹: eſt tñ bñ aiaduertendum, q l3 aīa vt intell's in itelligẽdo phãtaſmatib⁹ nõ egeat, tñ itellige nõ pt, gn pus e phãtaſmatib⁹ ipſis fuerit affecta: affecta dico, vl' q̃ vtute phãtaſmatũ in ea habit⁹ relinquant̃: gb⁹ ſpẽs regignẽt̃: vel q̃ ex phãtaſmatib⁹ ſpẽs relinq̃bant̃: gb⁹ ipſa itellige pt, qñ vult ea: q̃ꝝ ille relinquũt̃. dico igit̃ aīa3 q̃ten⁹ aīa ẽ ſine phãtaſmate de pñti itellige nõ poſſe: quo vo eſt intell's, l3 de pñti phãtaſmatib⁹ nõ egeat: nõ põt de pñti itellige niſi phãtaſmata ipſa3 affeciſſent ad itelligẽdu3: q̃ngdẽ nec aīa, vt aīa/nec vt intell's itellige põt niſi de pñti, vel de pterito a phãtaſmatib⁹ fuerit affecta.

Excerpta Primũ. ¶ Ex his ſeq̃t̃ p̃ q ſi vbũ ſiue ꝑuat pñtaneã phãtaſmatũ nečitatẽ, aīa vt itellect⁹ ſine phãtaſmatib⁹ itellige põt: ſi pñtaneã ⁊ pteritã nečitatẽ ꝑuat, necvt aīa, nec vt itell's ſine phãtaſmatib⁹ intellige põt.

Scdm. ¶ Seq̃t̃ ſcdo recte Ariſtotele3 vbiq3 dixiſſe aīa3 neq̃q̃ ſine phãtaſmatib⁹ itellige: qm̃, vt aīa ſine illis itellige nõ põt, vt itell's (⁊ ſi de pñti ſine phãtaſmatib⁹ itellige põt: vt vbũ ſiue ꝑuat ẽt pteritã nečitate3) ſine illis neq̃q̃ intellige poterit.

Tertium. ¶ Seq̃t̃ 3° aīa3 in corpe intelligere ſine phãtaſmate nõ poſſe: qm̃ vt ſic dicit ad ſenſus nečariã cõnexionẽ: ex corp⁹ vo: l3 nõ dicat̃ aīa: ſ3 intelligẽtia: ſine phãtaſmatib⁹ de pñti nečitate põt intelligere: nõ aũt de pterita: cu3 nec in corpe/nec ex corp⁹ intelligere põt, niſi p̃affecta ab illis. Hec ẜ3 Ariſto. ſ3 ẜm vitatẽ poſtea dicem⁹: declarabim⁹.n. quot modis aīa poſt morte3 itellige põt, ⁊ que ſit phãtaſmatum nečitas: nam l3 hec pro opione Ariſto. ſint dicẽda: pro vitate ſec⁹ dicem⁹.

De extaſi ⁊ lipopſychia. Illd vo qd de extaſi dicebat̃, d3 ꝯſiderari: nã q̃dã perperã vba Ari. in libello de ſomno intelligẽtes, inter lipopſychiã, ⁊ extaſi3 nulla3 fecerunt dĩa3: dixerũt.n. extaſi3 eẽ raptũ, in quo inferẽ virtutes, atq3 ſenſuales ſopiunt̃: ſupera vo aīe vis attollit̃: cui ſic elate multa arcana reuelant̃. Hui⁹ opionis fuit Plini⁹

Ca.52. 7° nãlis hyſtorię libro: q exẽplo Hermotini claʒomenij aīa3 corpe relicto erraſſe tradit: que poſtea ad corp⁹ rediẽs, multa ꝑdixit. Et l3 de his multa dicturi ſum⁹ in theologico noſtro dilucidario: tñ ne ꝓpbano hoī error emergat: extaſi3 nõ eẽ lipopſychiã eo argu⁰ p3 q lipopſychia ẜm Gal. eſt morbi gen⁹: qd ex viriũ imbellicitate plerũq3 ꝯtingit, aut ob nimiã inediã, aut ob nimia3 ſaturitatẽ, aut ob morbi alicui⁹ longingtatẽ. At extaſis ſine morbo accidit. P. Lipopſychia ⁊ boīs ⁊ malis indifferẽter accidit. extaſis aũt nõ niſi viris vtute, atq3 oĩ ſcitate ꝓcipuis. Inſuper extaſis in magnaꝝ reꝝ reuelationib⁹ fieri ſolet. Lipopſychia vo accidit nulla reꝝ reuelatiõe cogẽte. Ad hec: que in extaſi ꝑdicunt̃: nũq̃ fallere viſa ſt, at que phãtaſmata in lipopſychia accidũt: fortuitu, temereq3 aliq̃d ꝑſagiũt. Ex qb⁹ appet Ari. bñ lipopſychiã nouiſſe: vbi l3 ſenſus externi ſopiant̃, interni fixius itellectui ſeruiũt, extaſim vo (vt nos catholici intelligimus) ipſe nõ nouit: nõ.n. nouit aīa3 intelligere poſſe (du3 eſt in corpe) ſine phãtaſmatib⁹: veluti in extaſi intelligere videtur qui, illam patitur.

¶ Soluũtur ea, que in ſcda principali ratiõe Pompo. induxit aduerſus opione3 Auer. ⁊ dat̃ multiplex intellectus verboꝝ Ariſtotelis. Cap. XXIII.

His dilucidatis, facile q̃ in ſcda Põpo. rõne īducta ſunt elidunt̃. Prima q̃de3 delet̃, q mãlitas aīe cõuincit̃: ex eo ſolo: q ei⁹ opatio eget corpore vt ſubiecto, ſiue ſit organicum, vt cõplures dicunt: ſiue mãle, vt alij: põt.n. aīa eſſe mãlis: cui⁹ opatio non eſt organica/vt calefactio ẜm aliquos: nõ aũt põt aīa eſſe mãlis: qn eius operatio corpore egeat vt ſubiecto: h eſt qn corporea ſit. Cu3 vo addebat Ariſtotelem cõcludere aīa3 nõ ſeparari: q̃ ſine phãtaſmate neq̃q̃ intelligit: ia3 p3 ẜ3 Auerroem hec vba in Platone eſſe referẽda: qui tenebat aīas ſeparatas fuiſſe ante corpore intelligereq3 ſine phantaſmatib⁹: quo vo intelligat̃ ẜm veritatẽ dixim⁹: loquit̃ eni3 Ariſtoteles de itelligere: qd anime cõpetit, vt aīa eſt, nõ aũt quo eſt intellect⁹. Signum vo euidẽs, quo ꝓbari põt ipſa3 poſſe exire ad actũ ſine phãtaſmatis pręſentanea neceſſitate, dictum eſt, quia intelligit, ⁊ vult/nõ depẽdendo a corpore, vt a ſubiecto. Delet̃ etiã ſecũda: na3 ex eo, qa recipit omnes formas materiales imaterialiter, ⁊ abſtracte, ſequit̃ ipſa3 eſſe imãlem, ⁊ a corpore nõ dependentẽ: nec ſignũ deſtruit ſe: nam eget corpore vt obiecto: nõ aũt, vt ſubto. Tertia delet̃ etia3: nam imãlitas cõuincit̃ ex eo qa nõ eget corpore, e quo in eſſe dependeat, vt a ſubto. Hoc aũt ſcit̃ ex eius opatione: que eſt ſine corpore vt ſubiecto, diximus etiã nõ duas, ſed vna3 conditionẽ eſſe neceſſariã pro materialitate, ⁊ vnã pro imaterialitate. Uerba Ariſtotelis etiã nõ bene perpendit Pompo. na3 ſi pro Auer. opinione intelligant̃: in Platonem referenda ſunt: ſin autem pro veritate. etiã nõ habet, qd quęrit. Ariſtoteles enim per illa vult aliud nihil, niſi q ſi anima non põt intelligere ſine phantaſmate nõ põt vt anima eſſe ſine corpore: at

UVA. BHSC. IyR_143_2

alia rõne põt eẽ ſine corpe:qua vʒ põt itelligẽ ſine phã
taſmate de pñtanea necitate. Silr delet̃ alia / ex eo.n.
ſolo ꝙ aia ſine phãtaſmate nõ pt itelligẽ ſeqt̃ ipſam añ
corp⁹ nõ intellexiſſe:vel ſeqt̃ eã nõ ſeparari rõne, qua
aia eſt.Cuʒ quo tñ ſtat eã ſepari poſſe alia rõne, vtpote
quo ipſa eſt itellus, ⁊ quo ꝑfectionẽ in corpe acquiſiuit.
Delet̃ in pᵃ ex his,q̃ dixim⁹:ex h.n.ꝙ ſcim⁹ ipſaʒ e cor/
pore nõ depẽdere ſcim⁹ eã hr̃e aliã operationẽ:in q̃ corp⁹
nec, vt obʒ,nec vt ſubʒ ↄcurrit.Delet̃ 5ᵃ ex dictis:addit
eniʒ illð Ari.vel vt oñdat eã añ corp⁹ nõ itelligẽ:vel vt
oſtẽdat eã, vt aia eſt,nõ eſt ſepabileʒ. Ultima tollit̃, vt
dixim⁹:ſtant.n.illa duo:⁊ tñ non fruſtra addit̃ qð dicit:
qꝛ vel in Platonẽ retulit:vel loqt̃ de aia vt aia. Haꝝ ġ
18°.⁊.19°. rõnum refutatio meli⁹ pʒ.ſ.ea quę dixim⁹ ꝓxio capite:
aiaduertant̃:nũc vo raptiʒ refutatio ſit h modo oſtẽſa.
P. Nobis ſatis illud ſit,demrãſſe aiaʒ,nec in corpe,nec
ante,nec poſt corp⁹,nec( vt aia eſt )nec( vt intellectus )
poſſe intelligẽ gn depẽdet, vel dependit,a phãtaſmate
ſm opionẽ Ari.qua rõne veꝝ erit qð Ariſt. ait,aiaʒ ne/
quaq̃ itelligẽ ſine phãtaſmate:cui⁹ Plato oppoᵐ arbi/
trat̃,cũ eã itelligẽ dicat ꝑ ſpẽs inatas ⁊ añ ⁊ poſt corp⁹,
Epilogus ſenſuum. Ariſto. ⁊ in corpe.Ex his oĩb⁹ pʒ multiplex Ari. intellus,cũ ait
aiaʒ ſine phãtaſmate itelligẽ nõ poſſe, vnus gdẽ ſenſus
eſt,ſi itellr de aia, vt aia:quia, vt dicit neciaʒ ⁊ ad cor/
pus, ⁊ ad vtutes ſenſitiuas,ſine phãtaſmate neq̃q̃ itel/
ligit.Ali⁹ ſenſus eſt ꝙ aia nequaq̃ ſine phãtaſmate itel/
ligit, vt vbũ ſiue ꝑuat necitatẽ oẽʒ phãtaſmatis, ⁊ pñta/
neã, ⁊ pteritã:qm̃ nec in corpe,nec ex corp⁹ itelligẽ põt
gn depẽdet, vel depẽdit a phãtaſmate:q̃ expoſitio pul/
chra eſt, ⁊ de directo aduerſus Platonẽ:q dicebat aiaʒ
intelligẽ nullo pacto e phãtaſmate depẽdẽdo:ſʒ ꝑ ſpẽs
cõgenitas aliũde illi iſuſas:vel ab alio agẽte cõcretas.
Ali⁹ ſenſus eſt aiaʒ itelligere nõ poſſe ſine phãtaſmate:
qm̃ nihil itelligit,gn ad intelligẽduʒ a phãtaſmate affi/
ciat̃:de qua affectiõe poſtea dicem⁹. Ali⁹ ſenſus eſt aiaʒ
ſine phãtaſmate nõ itelligẽ:qm̃ nõ ꝑ ſpẽs inatas, ſʒ per
ſpẽs vel affectiões a phãtaſmatib⁹ cauſatas itelligit:qð
mihi placet,quũ Ari.hęc vba, vt Simplici⁹ igt,in Pla
tonẽ retulerit. Ex his pʒ aiaʒ neq̃q̃ ſine phãtaſmatib⁹
intelligẽ poſſe:⁊ poſſe remanẽ itelligẽteʒ poſt mortem:
qm̃ ſi remanet itelligẽs:nõ niſi q̃ten⁹ a phãtaſmatibus
ad itelligẽduʒ afficit̃:vel afficiebat̃ : manet itelligẽs:pʒ
intelligẽ phãtaſticũ eẽ ſignũ : quo ꝓbat̃ aiaʒ itelligere
poſſe poſt mortẽ.Cuʒ.n.tale itelligẽ nõ dpẽdeat ab aliq̃
corpe, vt a ſubo:eſt ſignum ꝙ aia poſſit remanere poſt
mortẽ.naʒ eſt ſignũ ei⁹ indepẽdẽtię a corpe vt a ſubto.
Quę cũ Põpo.nõ recte ꝑlibraſſet,detrudit̃ in aię mor/
talitatẽ.hęc ſm Ariſt.naʒ poſtea pro veritate alr diſſe/
remus.Et de ſcðo principali argumẽto hactenus.

¶ Tertium Pompo. argumẽtum quo refellit Auerro. opinionem. Cap. XXIIII.

TErtiuʒ vo Põp.argᵐ,qð ipſe ꝑncipale non
appellat,ex eo eſt, qꝛ iuxta opioneʒ Auer.
ponit̃ itellʒ aliqñ itelligẽ ſine phãtaſmate
vtpote,qñ itelligit in copulatiõis ſtatu:cuʒ
Ari.ſꝑ aſſerat aiaʒ nequaq̃ itelligere poſſe
ſine phãtaſmate. Hęc.n.oppoᵗᵃ vident̃:naʒ in ſtatu aia
deũ itellectiõe,q̃ eſt ipſe de⁹ itelligit:nõ aũt itellectiõe,
quę a phãtaſmate ꝓficiſcit̃. Ariſt.aũt vbiqʒ aſſerit ſine
phãtaſmate nequaq̃ itelligẽ aia. P.Cõtra eos q aiam
poſt mortẽ remanere aſſerunt̃ maxie h videt̃:qm̃ poſt
mortẽ ſine phãtaſmate intelligit, ⁊ tñ vbiqʒ eã ꝑ phan/
taſma intelligere tradit:quę ſtare pñt minime.

¶ Quot modis ſm peripatheticos aia intelligit, ⁊ quõ põt qð Auer.inquit tolerari. Cap. XXV.

SEd pro Auerrois dfenſione dicam⁹ duplr
aiaʒ itelligere,q̃dã itelligit itellectiõe,q̃ eſt
ipſę res,q̃s itelligit, ⁊ h pacto in ſtatu,cum
fęlici itellectiõe itelligit, deũ ipʒ, cęteraſqʒ
dinas ſubas itelligẽ dr̃. Quędã vo itelligit
itellectiõe,q̃ eſt reꝝ,q̃s itelligit,effect⁹.Quo pacto itel/
ligit res mãles, ⁊ eas,q̃ ſunt cũ ↄtinuo ⁊ tpe / vt phyſice
res ſũt, ⁊ eas,q̃ ſũt cũ ↄtinuo:nõ ãt cũ tpe:vt mathema/
ticas, ⁊ eas,quę neqʒ cũ ↄtinuo,neqʒ cũ tpe ſunt:vt res,
de qb⁹ agit metaphyſic⁹:oẽs.n.has itelligit itellectione
cauſata ab his:nã res tales in ſenſib⁹ phãtaſmata agũt,
quę poſtea agũt notiões/ſiue ſpẽs illaꝝ rerũ in intellu:
e qb⁹ itells q̃dãmõ actuat⁹ itelligit illas:vel ( vt Sim/
plici⁹ ingt )elicit eaꝝ reꝝ itellectiões : q̃ꝝ ſpẽs ex phã/
taſmatib⁹ accepit.eſt ġ hęc itellectio reꝝ / quas itelligit
effect⁹,ꝙ q̃ſi ꝑ man⁹ ex reb⁹,quas itelligit ꝓficiſcit̃. In
ſtatu vo fęlici itells cũ deũ itelligat in ſe,nõ ꝑ ei⁹ effect⁹,
itelligit ipm̃ itellectiõe,quę eſt de⁹:naʒ eũ itelligit intel/
lectiõe,quę eſt deo ⁊ cęteris fęlicib⁹ cõprehẽſio. Or hęc
duplex itellectio ſit ꝑipathetica/Alexãder in libello d
intellu.Themi.in 3° de aia.Auempace, ⁊ Abubache ꝑ/ Ca.51.
pulchre tradũt.Auerroęs q̃ʒ 3° de aia oiuʒ hoꝝ expoſi/ 36.Cõmẽ.
tor de oiuʒ hoꝝ mẽte expſſe reʒ hãc fatet̃:ꝑꝑ qð de itel Cõm.eodẽ
lectiõe hac diſtinguẽs,dicit aliquã eſſe itellectionẽ/quę
currit curſu ſciaꝝ ſpeculatiuaꝝ:⁊ hęc dr̃ ſcia,quę ẽ reꝝ
effect⁹,aliquã eẽ tradit:q̃ non currit ſciaꝝ ſpeculatiuaꝝ
curſu:quã eẽntialeʒ ſciaʒ appellat eẽ, nos iteritiuã:ſiue
ſciaʒ,quę eſt ꝑ eẽntiã rei:quã itelligit:appellam⁹: ⁊ hãc
dicebam⁹ eſſe ſciaʒ,quę eſt res,q̃s intelligit. Or vo hãc
nouit Ariſto.12.ꝑmę phię li° ſic indicauit cuʒ ingt,δια T.cõ.39.
γωγὴ δ᾽ ἐστιν, οἵα τε ἡ ἀρίστη μικρὸν χρόνον ἡμῖν.
οὕτω γὰρ ἀεὶ ἐκεῖνό ἐστιν. ἡμῖν μὲν γὰρ ἀδύνατον. h
eſt vt verbuʒ de vbo exponat̃.Deductio aũt eſt,qualis
⁊ optima paruo tpe nobis:ſic.n.illð eſt:nobis gdẽ eniʒ
ipoſſe:vbi pʒ eũ per deductionẽ optimã intellexiſſe bea
titudinẽ,ad quã nos tandẽ deducimur ꝑ plura media:
hãc appellat optimã:qm̃ eſt vita deoꝝ:aſſerit ẽt hãc eẽ
ꝑuo tpe gn cũ accidit nobis hoĩb⁹:qui ſum⁹ ꝑ breui tpe
viuẽtes:eſt ꝑuo tpe. Sic.n.ſempiterna illud eſt.ſ.deoꝝ
vita:quę vtraqʒ ex ꝑte ęterna eſt : nobis gdeʒ.n.ſic eſſe
ſempiternã eſt ipoſſe.Qð dũ viuim⁹, nõ poſſit lõgo tpe
eẽ,eo loco deducit Ari.cui⁹ deductionẽ ꝑtermiſim⁹,ac/
cipiẽtes ſolũ de illi⁹ mẽte nos ꝑuenire poſſe aliqñ ad eã
itellectionẽ q̃ de⁹ ſeipm̃ itelligit. Qð nõ eẽt, niſi ga du/
plex ẽ itellectio,altera vt dixim⁹,q̃ſi reꝝ effect⁹, altera
q̃ eſt ipſę res,q̃s itelligim⁹,intellectiõe quę eſt dei effe/
ctus,deũ itelligim⁹ in vita:queadmodũ cęteras res ſilr
intelligẽ videmur.Intellectiõe vo q̃ eſt ipſe deus breui
tpe nos ipʒ itelligim⁹,dũ ſum⁹ ſil aia ⁊ corp⁹:qm̃ nõ niſi
in fine vitę:longo vo poſt mortẽ. Or vo Ariſto.duplicẽ
hãc itellectionẽ voluerit,etiã pʒ,qꝛ ſʒ ipʒ itelligẽtia iſe/
rior itelligit ſupiorẽ:⁊ oẽs amãt ⁊ itelligũt ꝑmã : vbi pʒ
iſeriores nõ poſſe itelligẽ pᵃᵐ alia itellectiõe,niſi q̃ ẽ ipe 12. meta.t.
de⁹:nõ.n.nouit itelligẽtias eẽ ſubas accñtium ſuſcepti/ cõ.36.⁊.37.
uas,q̃re ſi ita ẽ,dabit̃ vna itellonis ſpẽs : q̃ de⁹ itellr in
ſe,h eſt itellone,q̃ eſt ipe. Or vo det̃ alia ſpẽs itellonis,
ex eo pʒ:qꝛ nos ſine phãtaſmate nequaq̃ itellim⁹: h ãt
nõ eſſet,niſi qꝛ itelligim⁹ itellone,quę eſt reꝝ effectus.
Ariſto.ġ cõceſſit has duas itellonis ſpẽs:cũ vo aia fieri
poſſit vna intelligẽtiaꝝ,vtpote cũ in corpe acqſiuit cõ/
plementũ,relinquet̃ ipſaʒ poſſe duplr itelligere, ⁊ itel/
lectiõe,qua intelligẽtię ſeipſas itelligũt, ⁊ itellectione q̃
intelligit res mãles,intellectione.ſ.quę eſt illaꝝ effect⁹.
Alias itellones,aut itellonũ ſpẽs,q̃s catholici tradunt,
Ariſto.nõ nouit:nõ eniʒ cognouit aiaʒ intelligere poſſe

UVA. BHSC. IyR_143_2

per ſpẽs infuſas, aut per reuelationes, aut per habitus cõcretos, aut alio mõ. Sꝫ ſoluꝫ aut intellectiõe, que eſt reꝝ effect⁹, aut itellectiõe, quę eſt ipſa res. Intellectio/ quę eſt reꝝ effect⁹, eſt nõ ſine phãtaſmate, vt diximus: intellectio võ: quę eſt ipſa res, eſt itellectio: q̃ dij ſeipſos cognoſcũt. Ex his pꝫ id qd Auer. dicit, eẽ ẜm Ariſt. v̇ba ſatis ad moduꝫ tolerabile: cũ ipſe duab⁹ ſpẽb⁹ intellectionis intellectũ poſſe intelligere aſſerat, quas ſpecies de mente Ariſtotelis eſſe pꝛobauimus.

¶ De oꝛdine haꝝ intellectionũ ẜꝫ peripatheticos: ⁊ q̃uo haꝝ nulla ſine phantaſmate eſt. Cap. XXVI.

S Ed inter has itellectiões Auerroes oꝛdinẽ ſtatuit: dicit. n. itellectiuã aĩaꝫ affici p̊ intellectiõe reꝝ: quę cũ ꝯtinuo, ⁊ tpe itelligunṫ mediãtib⁹. ſ. ſenſib⁹ externis, ⁊ iternis, ⁊ in hũc modum in phyſicis ſciẽtijs pficiṫ: mediãtib⁹ eniꝫ ſenſib⁹ iternis ⁊ externis ⁊ phãtaſmatibus ipſis, ſpẽs reꝝ nãliuꝫ accipit, e qb⁹ actuata, vt ita dixerim, illaꝝ reꝝ itellectiões elicit, q̊ fit, vt ipſa admoduꝫ affecta attollaṫ ad reꝝ cog̊neꝫ, quę ſine tpe: nõ aũt ſine cõtinuo itelligunṫ: cui⁹ ſũt res mathe$^{cc}$. Mediãte eniꝫ imaginatiua phãtaſmata illaꝝ ſpẽs in aĩa agũt: e qb⁹ affecta, actuataqꝫ illaꝝ reꝝ: quaꝝ ſpẽs ſũt: itellectiões elicit, ⁊ ħ pacto in mathe$^{cis}$ pfecta, attolliṫ ad reruꝫ cognitionẽ ſciamqꝫ: q̃ eſt abſqꝫ ꝯtinuo ⁊ tpe. Phãtaſmata eniꝫ haꝝ in ſenſib⁹ iternis collocata ſpẽs illaꝝ agũt in intellc̃u: e qb⁹ rurſus actuatus, elicit eaꝝ reꝝ ſciaꝫ: ⁊ hoc pacto cõpleṫ aĩa in coꝛpe: vtpote p ſcias ſpeculatiuas, ſicqꝫ gñaṫ in nobis itell's ſpeculatiu⁹, vt Auer. inqt: aĩa aũt tali intellc̃u affecta, attolliṫ ad diuinaꝝ reꝝ cog̊neꝫ: quaten⁹ ſic affecta copulaṫ cũ illis, copulatione quę eſt intellc̃o illaꝝ p illaꝝ eẽntias. Cũ. n. aĩa ſic in coꝛpe attolliṫ: illi de⁹ eſt cõpꝛehẽſio: vt ſibi ⁊ alijs eſt: ⁊ ſic eſt beatitudo. pꝫ g̊ oꝛdo: naꝫ itelligẽ phãtaſticũ: qd nos dixim⁹ eẽ itellectionẽ quę eſt reꝝ effect⁹, afficit aĩaꝫ, ⁊ diſpõit, vt illa fiat ꝯueniẽs mã, diuinę itellectiõis, quã nos appellamus itellectionẽ/ quę eſt ipſe de⁹. Ex ħ oꝛdie pſpicuũ eſt aĩaꝫ ſine phãtaſmate itelligẽ nõ poſſe: vtpote nec dũ in coꝛpe itelligit: nec dũ ex̃ coꝛp⁹: naꝫ itellectiõe quę eſt de⁹: nõ itelligit, niſi itellectiõe itelligat, quę eſt reꝝ effect⁹: hac. n. afficiṫ, hac attolliṫ, hac illi⁹ efficiṫ affecta mã: ſꝫ itellectiõe/ quę eſt reꝝ effect⁹ intelligere non põt ſine phãtaſmate, ħ eſt qn ſic itelligẽdo depẽdet, vł depẽdit a phãtaſmatib⁹, vt demr̃auim⁹. pꝫ igiṫ aĩaꝫ nulla intellectiõis ſpecie itelligere poſſe ſine phãtaſmatib⁹, ħ eſt qn depẽdeat, vel depẽderit ab illis. hui⁹ rei ꝯ̃riũ Plato arbitraṫ: voluit. n. aĩaꝫ ⁊ intellectiõe beatifica, ⁊ intellectiõe ſciẽtifica, ⁊ añ, ⁊ poſt coꝛpa/ imo ⁊ in coꝛpe itelligẽ poſſe: Ariſto. võ, vt ex his pꝫ: ſine phãtaſmatib⁹ nulla intellectionis ſpecie eã itelligere poſſe autumat, ħ eſt, qn itelligẽdo aut depẽdeat, aut depẽderit iaꝫ ex illis: cũ nihil itelligat p inatã aliquã ſpẽꝫ. De medio copulationis, ⁊ q̃uo mulieres ſunt vel eſſe pñt fęlices, in libꝛo de intellc̃u 2° dixim⁹: ⁊ foꝛte dicemus, cũ de intellectiõe aĩę poſt moꝛtẽ diſputabim⁹: qb⁹ facile Põpo. argumẽtum elidiṫ: naꝫ aĩa itelligit aliqñ ſine phãtaſmate, quatenus illi⁹ itellectionis nõ cã eſt phãtaſma: nunq̃ tñ ſine phãtaſmate, qm̃ nõ niſi p̃affecta ex phãtaſmatib⁹: q̃ nõ repugnãt, vt Põpo. autumat. Et de 3° arg$^{to}$ hactenus.

Tracta. 3. cap. 7.

¶ Ultimũ Pompo. argumẽtũ: quo Auerrois poſitionẽ refellit. Cap. XXVII.

T Emũ Pomp. refellere enitiṫ Auerrois poſitionẽ quo ad illud, qd de fęlicitate hũana adijcit: nã cũ fęlicitatẽ dixerit eẽ in copulatione intellect⁹ agẽtis cũ poł̃i; vanũ, ⁊ ꝯtra Ariſto. eſt, qd dicit. Uanũ qdẽ, p̊mo, q2 p hyſtoꝛias non legiṫ aliquẽ ad taleꝫ copulationẽ ꝑueniſſe. Scđo q2 ad taleꝫ copulationẽ humana aĩa ꝑuenire nõ põt, vt dictũ eſt, niſi aĩa oĩb⁹ ſciẽtijs attollaṫ. At vt Plato inquit. 10. de re. p. Impoł̃e eſt aliquẽ hoĩeꝫ ſcire oĩa: vñ ⁊ ad tẽpoꝛa nr̃a nulla ſcia pfecta eſt, qn ſemp illi de nouo aliqua addanṫ. Cõtra Ariſt. võ, cũ. 10. ethicoꝝ vltimũ hoĩs fineꝫ ſtatuẽs, nihil hui⁹ copulationis meminerit. P̃. Miratur taleꝫ intellectus vnitatẽ: cuꝫ Ariſto. illius nullibi meminerit. Hec Pompo. cõtra Auerroem.

¶ Reſumptiões in ħ argu$^{to}$ diſſerẽdę. Cap. XXVIII.

S Ed circa hoc argu$^{m}$ p̊mo nobis diſſerẽduꝫ erit qd ipſa btitudo ſit, ex quo patebit qd Auer. p copulationẽ agẽtis intell's cuꝫ poł̃i itelligat. Scđo diſſerẽdũ erit an hui⁹ btitudinis p mediũ, an ſine medio aĩa capax ſit: quę res ſupponit aĩaꝫ illi⁹ eẽ capacẽ. Tertio diſſerẽduꝫ erit de medio, ſi qd ſit. Quarto ſi de fcõ aliqs in vita ad btitudinẽ taleꝫ ꝑuenerit: ⁊ an poſt moꝛteꝫ talis pmanebit. Quinto vñ Auer. intell's vnitatẽ nactus fuerit: ⁊ ex qb⁹ Ariſto. v̇bis. Ex qb⁹ patebit argumẽti ſolo.

¶ Quid ſit beatitudo. Cap. XXIX.

D Icam⁹ igiṫ de his, ⁊ qdẽ bꝛeuib⁹: naꝫ libꝛo de intellc̃u abunde, ⁊ libꝛo de beatitudine copioſius, ⁊ alibi dixim⁹: de⁹ itaqꝫ bifariã intelligi põt. Uno qdẽ mõ itellectiõe quę eſt ipſi⁹ dei effect⁹, vt dictũ eſt. Alio modo cog̊ne, quę eſt ipſe de⁹. Intelligiṫ de⁹ intellectiõe/ q̃ nõ eſt ipſe de⁹: ſꝫ ipſi⁹ dei effect⁹: quoties p cõpõneꝫ intelligiṫ, quę eſt cõceptuũ q̃litatiuoꝝ ⁊ qdditatiuoꝝ: hec. n. cognitio de⁹ nõ eſt, ſꝫ ipſi⁹ dei effect⁹: qñqdẽ hęc e reb⁹ cauſata eſt: quę a deo cauſate fuerũt: ideo cognitio/ q̃ eſt ipſius dei effect⁹ eſt. Talis aũt cognitio nõ eſt ituitiua: cũ in deũ ipm ime$^{te}$ nõ termineṫ, nec abſtractiue: cũ nõ termineṫ in aliqd, qd ſit ipſius dei repñtatiuũ: ideo catholici illaꝫ nocturnã, veſpertinã, ⁊ obſcurã vocant: ⁊ lꝫ nos aliqñ illaꝫ abſtractiuã appellauerim⁹, v̇bo fuſius vſi fuim⁹, q̃ꝫ ipm ſit. Intelligiṫ võ de⁹ cognitõe, quę eſt ipſe de⁹: quoties nõ p cõceptuũ cõpõnẽ, nec per abſtractionẽ ſpẽi ab ipo abſtractę itell'iṫ: ſꝫ cũ ime$^{te}$ in ſe intelligiṫ/ intellectiõe vꝫ quę eſt ipſe de⁹: ⁊ de hac peripathetici itelligũt, cũ dicũt in abſtractis a mã intellectiõeꝫ/ q̃ intelligunṫ, eẽ ipſas ſubãs abſtractas. naꝫ de⁹ dũ ſic itelligiṫ, nõ alio intell'iṫ, q̃ꝫ ipſomet deo: ſiqdeꝫ nec p ſpẽꝫ mediã, nec p actũ itelligẽdi mediũ, nec p lumẽ mediũ, nec p aliud quoduis p̃ter deũ, ⁊ intell'm itelligenteꝫ ẜm peripatheticos intell'iṫ: lꝫ pꝛo veritate alr̃ ſit dicẽdum: loquoꝛ. n. vt peripathetic⁹: q accñtia a diuis ſubſtãtijs pęnit⁹ ſuſtulit: ſec⁹ (vt catholic⁹: qui p̃ter deũ cognitũ) ⁊ intell'm cognoſcentẽ in abſtractis accñtia collocauit. Sic igiṫ ea notitia: q̃ de⁹ ſeipꝫ appꝛehẽdit: cęteri itell's deũ itelligũt. Hec notitia ituitiua appellaṫ, q2 ipſi⁹ dei eſt in ſe ime$^{te}$: clara, q2 eſt ipſemet de⁹: Matutina q2 lucida. Ex his pꝫ fęlicitatẽ eſſe aliud nihil, q̃ꝫ deũ ipm cognoſcere cog̊ne vꝫ quę eſt ipemet de⁹. vñ ⁊ 7° Politice inqt Ariſto. deũ fęlicẽ eẽ ſeipſo: mõ de⁹ nõ fęlicitaṫ deo: niſi q2 ſeipſuꝫ cognoſcit cog̊ne quę eſt de⁹: qua rõne fit, vt fęlicitas ſit aliud nihil, q̃ꝫ de⁹: qui ſibi ⁊ alijs beatificabilib⁹ eſt beatitudo ⁊ cognitio: ſibi qdeꝫ p eſſentiaꝫ: ⁊ idẽtitatẽ: cęteris võ p copulationẽ: qua illis, vt foꝛ$^{a}$ copulaṫ. Ex his appet qd Auer. itelligat, cũ ait fęlicitateꝫ in copulatiõe agẽtis intell's cũ poł̃i ꝯſiſtere: ipſe enim per poł̃eꝫ intell'm, vt arbitroꝛ hoĩs aĩaꝫ intelligit: per agẽtẽ intell'ꝫ deũ intellexit, qui bifariã nobis noſtręqꝫ aĩę cõparaṫ, in p̊n° qdẽ vt agẽs, in fine võ, hoc eſt poſt intell's

De copulatiõe Auerroica.

speculatiui

ſpeculatiui adeptionē vt forma. Imaginat̄.n.ītellectuȝ
poſſibilē ſiue aiam itellectiuā hoīs ꝑ per itell'm ſpecula
tiuū diſponi:poſtea eidē ſic affectę deū qui eſt agēs itel
lectus, vt formā copulari:demū per eēntiā talis copula
ti ītellect⁹ aiam intelligē:ḡ deus eſt ſibi per eēntiaȝ atq̄
idētitateȝ fęlicitas,cęteris ꝟo per copulationē:nō.n.aia
intelligē pōt per eſſentiā dei,niſi deus,qui eſt intellect⁹
agēs:ꝑus intelligat̄ copulatus:ſicut nec corpus opabit̄
per eius formę eēntiā,niſi illa ꝑus corpori fuerit vnita:
quo arg^to fit, vt non copulatio ſit fęlicitas ipſa,ſed deus
appħēſus per eius eēntiā prius copulat⁹. Ab hac ꝟo fę/
licitate nō diſcordāt catholici:niſi q2 deuȝ aſſerūt fęlici/
tatē eſſe obiectiue:actū ꝟo intelligēdi:quo aia deū itelli
git,formalē fęlicitatē appellāt:ſed nos ꝑipathetice ꝓce
dimus:vt Pōpon̄.noſter etiam ꝓpoſuit.

¶ De medio beandi:quo.ſ.aia beabit̄. Cap. XXX.

Sed de medio quo aia beabit̄,inter catholi/
cos,ꝛ ꝑipatheticos eſt dr̄ia non ꝑua:vtriq̄
eniȝ deū ſibi,ꝛ alijs btificabilib⁹ btitudinē
eē aſſerūt:ſed aliter,atqȝ aliter:catholici q̄/
dē deū ſibi per nām,atq̄ eēntiā beatitudi/
nē eſſe affirmāt,cęteris ꝟo ꝯtingēter,atq̄ per volūtatē.
At ꝑipathetici deuȝ ſibi cęteriſqȝ beatitudinē per nām
eſſe aſſerūt:qn̄gdem deus poſt adeptionē:vt Auer.ingt
vt for^a aię copulat̄. Tūc dicereȝ catholice ſentiēdo me/
diū ſimpl'r nec̄ium eē nullū:nō.n.ex ꝑte aię,illud nec̄io
ſimpl'r eſt ponēdū:q2 ipa eſt ſūme ꝛ infinite capax:nec
ex ꝑte dei:qn̄gdē ipſe pōt aliqb⁹ eē btitudo:aliqb⁹non:
ꝛ qbus pōt eē,alijs intēſius:alijs remiſſius etiā eē pote/
rit. Nā cū deus volēs ſit btitudo,ſitqȝ cā ꝑ^a:quę ſm ca/
tholicos tā cum media cā:q̄ ſine cā media cā eē poſſit:
iure nullo ꝯcurrēte medio ex ꝑte ſui cęteris alijs btitu/
do eē pōt:nō ḡ mediū ſimpl'r nec̄ium erit:aiaduerte tn̄
hęc me dixiſſe nō aſſerēdo,ſȝ diſputādo:nō.n.me fugit
eccl'ię determinatio in Clemētinis ꝯſtituta:ꝛ a ſciſſimis
viris aſſerta. At ſm ꝑipatheticos mediū ſtatuēduȝ eſt,
aliogn q̄cito aia eēt:illa eēt btā:q2 ex ꝑte dei nihil reg/
rit̄:ex ꝑte etiā aię nihil/quare ſubito eēt fęlix:quo fit, vt
mediū reqrat̄ qōdā:quo deus nō ſit oīb⁹ ſemꝑ btitudo:
nec oībus ęqualis btitudo:ſiqdē nō ꝯtingēter ſm ꝑipa
theticos,ſed per nām cūctis eſt btitudo. P. Deus eſt cā
ꝑma:quę nullius eē pōt cauſa ſm eos,niſi per mediuȝ.
Supponēdo ḡ pro veritate humanā aiam,quaȝ Auer.
itellectū poſſibilē,vel qd cōpoſitū ex itellectu poſſibili
ꝛ cogitatiua arbitrat̄:eſſe ęternā,atq̄ imortalē:illā eſſe
btitudinis capacē,dubitare dȝ nemo:ſȝ cum ꝑipatheti/
ci deū per nām cūctis btitudinē eſſe putarint,vt ſit his
btitudo:illis nō:his intēſius,illis remiſſius:mediū ꝯſti/
tuunt:quo nō exn̄te,btitudo nō erit:ꝛ cuius diuerſitate
deus nō ſit btitudo oībus ęq̄lis:hactenus de medio.

¶ Quid ſit beādi mediū ſm ꝑipathe^cos. Cap. XXXI.

Quid ꝟo hoꝯ mediū ſit ſm ꝑipatheticos,nō
leue eſt diſputare:nā Auer. Alexāder: The/
miſtius cęteriqȝ,qui vnitatē itell's aſſerūt:
mediū eē intell'm ſpeculatiuū ꝯtēdūt. Ante
enim huius itell's adeptionē deus rōnabili
aię copulabit̄ nunq̄:cum.n.hūc aia ipa adipiſcet̄:mox
deus ſibi, vt for^a erit copulat⁹,qua copulatiōe ſtāte:aia
ipſa per illi⁹ eēntiā ꝛ deū ipm,ꝛ cętera itelligibilia itelli
get. Lōgiorē expōnē quęre in ꝑmis nr̄is de aia cōmēta
Com̄.39°. rijs:ꝛ in 2° de itell'u li°. verū hoc mediū mulieres a fęli/
citate delent:nō.n.de iure nāli eſt, vt mulieres diſcāt ar
tes tales,qbus talē itellectuȝ nāciſcant̄:imo nec de iure
mulierꝝ, vt ꝑ Politice ꝓbat Ari. ꝓpterea arbitror me/
diū eē rōnalis aię depurationē:cuȝ.n.aia rōnalis ſenſi/
tiua,pariter ꝛ itelle^ua creęitur,merito ſenſuū naſcit̄ qdā/
modo itell'ui rebellis,ſpurca,imūda,atq̄ (vt ita loq̄r)
ferina:cuȝ igit̄ ab ea tollit̄ talis rebellio,ſpurcicitas,la/
bes,ꝛ (vt ita loquar) ferinitas,ipſa mox relinquit̄ apta
btitudini/efficieturq̄ mā ꝯdigna fęlicitatis,imo ſibi,vt
ſic copulabit̄ mox deus, vt for^a:per cui⁹eēntiaȝ opabit̄
itelligendo,ꝛ ipm,ꝛ cetera. Delet̄ aūt labes eiuſmodi ꝑ
ꝟtutū heroicaꝝ adeptioneȝ. Illis.n.plene acqſitis,inter
itell'm ſenſitiuūq̄ appetitū tollit̄ rixa:redditurq̄ appe
titus plene rōni obediēs,ratio illi plene dn̄abit̄:quo fit
vt ꝯrijs remotis,de⁹ aię ſic purę copulet̄. Hec igit̄ diſ/
poſitio ꝑuatiua dicat̄,ꝙ ꝑnet ea:quę tali btificę vnioni
aduerſant̄. Eſt alia diſpoſitio poſitiua,vtpote adeptio
ſciaꝝ,aut in toto,aut in ꝑte:nam illis acqſitis,aia dupl'r
attollit̄ per ꝑuationē.ſ.eoꝝ:quę btificę copulatiōi adu/
ſant̄:ꝛ per raptū:quo per ſcias rapit̄,eleuat̄,atq̄ attol/
lit̄:qua rōne,quoꝝ aia ſolū ꝑuatiua diſpōne afficit̄:bti/
tudinis paruȝ hi aſſorbūt:quoꝝ ꝟo vtraq̄ diſpōne diſ/
ponit̄ aia:illi pl'imū fęlicitatis mutuant̄. Ideo ꝑipathe/
tici dicerēt heroicas mulieres nō tātuȝ btitudinis capę,
ꝙ ſola priuatiua diſpōne afficiātur:heroicos ꝟo viros,
pl'imū,ꝙ duplici diſpōne eoꝝ aia ſit referta,ꝛ ꝑuatiua,
qua ceſſauit repugnantia:ꝛ poſitiua:vtpote ꝑ ſcias:qua
aia eoruȝ rapiat̄ ad ſublimia. Ex his apparet mulieres
btificabiles eē:lȝ nō ita, vt viri beantur:pȝ ēt ſm ꝑipa/
theticos ſpeculatiuū itell'm nō inutilē eē btitudini:cum
ad illaȝ q̄ſi diſpoſitio ordinet̄. Dicebamus.n.itellectio/
neȝ quę eſt rerū effect⁹ ordinari, vt in finē ad itellectio/
nē dei:quę eſt ipſe deus. P. Alia vtilitas ex ſpeculatiuo
intell'u in beatitudine naſcit̄ ſm eos:ꝙ ſit ille heroicaꝝ
ꝟtutū quaſi declarator:ſiqdem per illū ſapiētes cogꝰue/
rūt h̄ pacto per tales ꝟtutes in btitudineȝ ꝑuenire poſ/
ſe:hęc ꝑipathetici:ſm quos nūc loqmur.

¶ Qd̄ de facto aliq fuerint in vita bti:ꝛ qūo catholici et
pħi differūt,ꝛ an remaneāt poſt mortē. Cap. XXXII.

Quod ꝟo de facto aliqs talis fuerit in vita.
Auerr̄. ꝓbat in libello de btitudine,imo ꝙ
ſemꝑ aliqs talis ſit in mūdo:ꝛ qdeȝ nō ſolū
in ſpecie,ſed in indiuiduo:ꝛ ſi nō in vna re/
gione,in alia:ꝑ qdeȝ ꝙ talis hō lōge magis
de vniuerſi perfectione eſt,q̄ aliuſq ſuis hō:at ſine hoīe
nā ſtare nō pōt:cum ſemꝑ ſit aliqs:ḡ lōge magis ſemꝑ
dȝ eſſe aliqs fęlix. P. Fęlix a nā lōge magis itent⁹ eſt,q̄
quiuis hō:igit̄ maiori cura deus ꝛ nā faciēt, vt ille ſit:q̄
aliuſq ſuis. P. Quicqd eſt poſſibile in ſpecie,actu in ali/
quo illi⁹ ſpēi indiuiduo repit̄. Sȝ in hoīum ſpecie aliqs
pōt eſſe fęlix:ḡ de facto aliqs talis eſt. Aliq̄s tales fuiſſe
ſm ꝟitateȝ ſciſſimę hyſtorię tradūt de Moſe,de Chr̄o
redēptore,de Paulo,deq̄ alijs q̄pl'imis. Ignara gēti/
litas heroicos viros,heroicaſq̄ mulieres tales in vita
fuiſſe credidit,q̄s poſt morteȝ in deos retulit.q̄lis Jup/
piter eſt,Saturnus,Mars,Juno,Pallas,cęteriq̄,q̄rū
meminere poetę. Eſt tn̄ nō parua dr̄ia iter catholicos,
ꝛ phos:nā catholici talem poſſibilitatē dicūt nō reduci
ad actū,niſi mediāte dei ꝑticulari ifluxu,quē grām gra
tū faciētem appellāt,h̄.n.ifluxu eos btōs deus facit,q̄s
elegit,quoſq̄ tali ifluxu affecit. Peripathetici ꝟo arbi/
trātes deū ſibi,ꝛ alijs eſſe per nām btitudinē cogunt̄ di
cere aiaȝ beari poſſe,ex puris nālib⁹,ſublato qdeȝ ꝑti/
culari ifluxu:nō aūt vl'i:quo deus ad oēm effectū ꝯcur/
rit. Utrū ꝟo ita ſit (vt fabulat̄ Auer.) ſemꝑ aliquā talē
eſſe in vniu̇ſo:in Cōmētarijs de aia,quę nuꝑ ędidi/diſ/
putaui:nō.n.eius rōnes cogūt,nā ſpēs duplex eſt, Alte/
ra qdeȝ:quę de eēntia vniu̇ſi eē videt̄:quę qdeȝ de vni/
uerſi ꝑfectione eſt:cuiꝰ eſt,quę nō pōt,niſi a ſibi ſimili



UVA. BHSC. IyR_143_2

fieri, vt hō ab hoie, ⁊ equus ab equo:et ſine hac mūdus
pfect⁹eſſe nō pōt:altera vō eſt,quę per accñs de vniūſi
pfectione eſt, vtpote,quę nō a ſibi ſiſi fit:vt muſcie, ⁊ id
genus,quę ex putri mā exoꝛiunť:⁊ ſine tali lʒ mūdus p/
petuo ſtare nō poſſit,tñ de facto aliqñ ſi ſtaret,nō eſſet
impfect⁹:fęlix ğ,qꝛ nō fit a fęlici tanq̃ a ſuo ſili:ſʒ ptim
a ſe,ptim a pceptoꝛib⁹, videť non de eētiali pfectione
vniūſi:eius ğ rōnes friuolę ſunt.Qūo igiť ſm xitatem
aliqs in vita fuerit btūs:⁊ qūo ſm ·Phos,ex hiſce pſpi/
An beatitudo poſt moꝛtē remaneat.
cuuʒ eſt.Utrū xo talis poſt moꝛtē remanebit,Auer.aſ/
ſerit ſolū in vita talē eē,poſt moꝛtē nullū:ꝙ deleta cogi/
tatiua,deleať tādeʒ itell's ſpeculatiuus,quē arbitrabať
eē ſolā aię diſpōneʒ pꝛo btitudine adipiſcēda.Quia vō
nos tenemuſ aiaʒ remanē poſt moꝛtē ſm pipathe^cos^,vt
poſtea dilucidabimus,dicimus talem btitudinē reliq
poſt moꝛtē:veꝝ iter catholicos,⁊ pipathe^cos^eſt nō leuis
dria.Catholici eiʒ( vt xitas ipa eſt )arbitranť,⁊ in vita,
⁊ poſt moꝛtē indrnter aliq̊s aſſeq poſſe btitudinē:nā cū
deus volēs ſit alijs btitudo,aliqb⁹in vita,aliqb⁹ expur/
gās aiabus poſt moꝛtē btitudo eſt,⁊ nō niſi his,q̊s ſpā/
li iſluxu beādos pdeſtinauit, vt ſciſſimi viri dixerūt.At
ſm pipatheticos dōm eſt nullū poſt moꝛteʒ aſſeq poſſe
btitudinē,qui in vita illā nō aſſecut⁹ fuerit:nā cuʒ deus
nullis ſit btitudo,niſi in aia mediū pſit.Mediuʒ aūt ſi/
ue ſit itell's ſpeculatiuus, vt putat Auer.ſiue xtus heroi/
ca,vt diximus,poſt moꝛtē aia hęc aſſeq nō pōt,cuʒ de/
ſinat ſenſus:qui ad mediū h⁹ acqrendū pmouēt:opʒ ğ,
vt mediū in vita aſſequať:⁊ cuʒ deus aię paffectę mere
nāliter copuleť:fit vt q̃zcito mediū eſt,tam cito aię erit
ipſe copulat⁹:cum igiť in vita,⁊ nō poſt moꝛtem,in aia
mediū fieri poſſit:iure,qui in vita btitudinē nō aſſeqť:
poſt moꝛtē illā nunq̃ aſſeq poterit. ¶.Etiā dicēduʒ eſt
poſt moꝛtē illa acqſita remanē:nā cum in moꝛte, vt di/
cemus,nihil coꝛrūpať:cuius coꝛruptiōe btitudo abole/
ri poſſit,iure remanēte aia beatitudo:quā in coꝛpe ipſa
nāciſcebať:poſt moꝛteʒ remanebit.Uñ ·Plutarchus in
vita ·Romuli gētiliū ignauiā interptās inqt,nō igiť cō/
ſentaneum bonoꝝ,ac foꝛtiuʒ viroꝝ coꝛpa cum ais pter
nām in cęlū trāſmitti:ſed aios xtute excultos eſtimādū
eſt oino,nō repugnāte nā,diuino q̊dā decreto ex hoib⁹
in heroas ex his depoſita moꝛtali , atq̃ terrena mole,
nō ciuili lege,ſed vt veritas, ⁊ ratio dictat:in nūm deoꝝ
referri,pulcherrimū atq̃ beatiſſimū finē ꝯſecutos:hęc
·Plutarchus.Ex qb⁹ pʒ nullū btm̄ reliq poſt moꝛtem:
qui in vita beatitudineʒ nō ꝯſeqť.rurſus pʒ eum,qui in
vita beatitudinē ꝯſeqtur,btm̄ remanē poſt moꝛteʒ:im/
mo, vt gētilitas credidit,in deum referēduʒ eſſe:hacte/
nus de beatitudine ſm pipatheticos.

¶ Uñ Auer.(lʒ falſo) ⁊ ex qb⁹ Ari.xbis itell's vnitateʒ
nactus ſit:⁊ ſoluunť ·Pōpo.arg^ta^. Cap. XXXIII.

3° de aia.com. T.c.49.

Ex qbus vō Auer.ſuā itell's vnitateʒ(lʒ fal/
ſo )nact⁹ſit.in cōmētarijs de aia clariſſime
expſſit. Accepit.n.ab Ariſ.12° p^c phię li°,in
his,quę a mā nō dependēt,nō eſſe niſi vnū
nūo in ſua ſpecie:qa vō pbauimus itell'm e
mā nō depēdere,fit, vt vnus nūo ſit in tota eius ſpecie.
Ueꝝ falſo accepit:qꝛ lʒ itell's a mā nō depēdeat,in illa
eſt veluti in ſubto in quo:eſt.n.mā pdiſpoſita,quaʒ coꝛ/
pus appellare poſſumus . Subm aię,nō qdem ex quo:
deq̃ cuius po^a^exhať:ſed in quo,nō.n.deus illā feciſſet,
niſi mā pēſſet, vt ſubm in quo.pʒ ğ intellectiuā aiam nu
merari poſſe,qa lʒ a mā nō depēdeat,in mā eſt,cui⁹ha/
bitudine numerū ꝯſeq pōt:quā rem falſo Auer.intelli/
gēs in intellect⁹ vnitatē dilabiť.Quibus nō eſt difficile
refellē ·Pōpoñ.vltimū arg^m^. Diximus eniʒ gētiles per
multos tales fuiſſe beatos, vt heroas,q̊s credit Auer.lʒ
falſo,illos beatos nō fuiſſe,niſi ob talem copulationeʒ.
Nos aūt cōplures tales fuiſſe nō dubitamus:quos cre/
dimus deū ex ſpāli influxu ad beatitudinē pdeſtinaſſe.
Auerr.aūt crediidiſſet eos beatos fuiſſe ob intellect⁹ co/
pulationē:ſi eos fuiſſe beatos ꝯceſſiſſet:verū vtcūq̃ ſit
aliquos fuiſſe non eſt ꝯtra hyſtoꝛias,imo aliquos ſemp
eſſe ꝯtēdit Auer.lʒ eos ignoꝛemus.Qđ ſcđo accepit,fri/
uolum eſt,nā Auer.gñationē intellect⁹ſpeculatiui tota/
leʒ pbauit lib.3° de aia.cuius rei teſtis eſt nālis appeti/ Com.36°
tus,quo oēs ſcire deſideramus:qui niſi fruſtra ſit,ad to
talē ſpeculatiui itellect⁹ gñationē nos puenire poſſe,no
bis argumēto erit. ¶.Scdm aliā pipatheticoꝝ viā:me/
diū eſt xtus heroica ſola:cui ſi aut tot⁹ſpeculatiuus itel/
lect⁹ꝯiungať:aut illius pars lōge magis aia ad beatitu/
dinē rapieť.Qđ xo de additione ſciētię dicebať,nō va
let,renouanť.n.artes,⁊ opiniones:quę ſunt de ſcia ſem/
per ſunt pfecta ſm Auer.qđ dicebať ex 10° Ethič.nihil
eſt,qꝛ eodē lib.ait fęlicē eē eum:qui itellectū colit:⁊ deo
amicus eſt, vbi potuit Auer.colligē ſuā fictionē.Qđ xo
alicubi meminerit Ari.itellect⁹ vnitatis,diximus:lʒ fal
ſo Auer.accepit. ·Patet igiť ex his oib⁹:lʒ opinio Auer.
ſit falſa:·Pōpoñ.nō eam refutaſſe efficacibus rōnibus:
ppterea ſi demones ꝯtra illam deſideras,libꝛū noſtrū
de intellectu diligenter perlege.

¶ Quales ·Pōpo.rōnes ſint adūſus eos:qui itellectiuuʒ
ipm a ſenſitiuo re diſtinxerūt. Cap. XXXIIII.

Aduerſus eos que ſunt in.c. 5° ⁊ 6°.

Poſt hęc de eoꝝ opione diſſerēdum eēt,qui
itellectiuū multiplicāt,ſed re a ſenſitiuo di/
ſtinguūt. Naʒ intellectiuū re a ſenſitiuo di/
ſtinguētes,bifariā putarūt:alij dixerūt itel/
lectū animāq̃ ipſam, vt motoꝛē coꝛpi vni/
ri, vt ·Plato in Alcibiade ſentire videť:⁊ ·Plotinus ex/
preſſe tradit.Alij eaʒ coꝛpoꝛi vniri dicūt vt foꝛma ifoꝛ/
mans. Iuxta pmoꝝ opinionē hō eſt aia humano coꝛpe
vtēs, vt ·Plutarchus ad Antobolum filiū ſcribit. Iuxta
vō ·Poſterioꝝ opionē hō eſt aial ex coꝛpe, ⁊ aia cōpo^m^.
Eſſet dico de hoꝝ opione diſſerēdū:ſed qa cōpluri b⁹in
locis de illa diſputauimus:ptermiſſa hoꝝ opinione,ad
·Pōpo.argumēta veniamus, vt q̃tuʒ eius vires valeāt
nemo ignoꝛet.Obijcit enim p aduerſus pmā opinionē,
ex eo ꝙ tūc nō magis hō vnus eēt,q̃ cōpo^m^ ex boue,et
plauſtro:quā rōnē boni ·Platonici, vt ·Plotinus friuo/
lā iudicaret,qm̄ ipſe de ·Platonis mente tradit aiaʒ,ef/
ficere in coꝛpe vitā ⁊ ſenſitiuā, ⁊ vegetabilē:aſſerit eniʒ
vt a luce illuminatio eſt:ita ab aio aiationē eſſe:quo fit,
vt maioꝛ ſit vnio itell's ad coꝛpuſ,q̃ bouis ad plauſtrū.
Eſt.n.intell's aia ⁊ vtēs coꝛpoꝛe, ⁊ animās:quatenus ex
ipſa omne,qđ in coꝛpe eſt, ⁊ ſenſitiuū, ⁊ vegetatiuū, pfi/
ciſciť.Qđ xo 2° aduerſus poſterioꝝ poſitioneʒ adijcit,
friuolū eſt.Argumētať.n.fieri nō poſſe, vt idem ſit ſen/
tiēs, ⁊ intelligens,ſi itellectiuū re diſtinguiť a ſenſitiuo:
modo h nihil cogit,eſt enim ideʒ numero ſentiēs, ⁊ itel
ligēs nexu virtutū:quaꝝ altera cum altera nečio cōne/
ctiť. ¶. Eſt idem numero ſentiēs ⁊ intelligēs,lʒ intelle/
ctiuū, ⁊ ſenſitiuū re differāt:ꝙ ſenſitiuū diſponit mām,
intellectiuuʒ ſimpl'r pficit, vt Candauēſis ſcribit. Dixi/
mus eniʒ cęteras foꝛmas,quę intellectiuū in mā pꝛęce/
dūt,diſponē,nō aūt pficere:ppterea ex illis, ⁊ itellecti/
uo fit vnū numero intelligēs, ⁊ ſentiēs. ¶. Obijcit ꝯtra
hos etiā,ꝙ vegetatiuū in ſenſitiuo ꝯtineť, ⁊ ſenſitiuū in
itellectiuo, vt triāgulus in quadrāgulo:ergo fruſtra po/
nūtur,diſtincta.qđ etiaʒ floccipēderet Candauēſis. Ait
enim vegetatiuuʒ ꝯtineri in ſenſitiuo, vt diſpoſitio ꝯti/
neť in foꝛma,cuius eſt diſpoſitio,ꝯtineť eniʒ diſpoſitio
in foꝛma

UVA. BHSC. IyR_143_2

in forma diſpoſitiue:nõ aũt aſſerit alterum in altero cõ tineri per idẽtitatem:ſed q̃bus argumẽtis hęc ſint refu/tãda:in noſtris libris de aĩa quęratur.

¶ Breuis Epilogus oĩum eoꝝ:quę Pompoñ.phyſice ⁊ ꝑipathetice de aĩa opinaẽ. Cap. XXXV.

Poſt hęc diſſerẽduʒ arbitror ea:quę Põpo. phyſice, ⁊ ꝑipathetice de aĩa opinaẽ. Licet enim nobis ordinẽ trãſgredi: ꝓpterea opi/nionẽ Thomę/quã de aĩa veram eſſe arbi/tror, ⁊ phyſice,et ꝑipathetice poſtpoſui in vltimis,eã enim defendere, ⁊ dilucidare decreui:vt ve ritatis finalẽ ꝯnem. Aſſerit ğ Põpoñ.⁊ phyſice, ⁊ peri/pathetice humanam aĩam,ſimpl'r q̃dem mortalẽ eſſe, ẜm q̃d ꝟo ĩmortalem. Nactus eſt aũt hãc opinionẽ ex modis abſtractionuʒ:qui in cognitionibꝰ repiunẽ. Sũt enim tres v̄tutum cognoſcitiuaꝝ ſpẽs,alia q̃dem earũ cog̃ſcitiuaꝝ v̄tutum eſt,quę cognoſcũt cognitione,quę a corpore nõ dependet,nec vt ſubiecto,nec vt obiecto: quo modo cęleſtes aię intelligẽ vidẽtur. Hę enim cum ſint pęnitus a mã abiũctę,earuʒ cognitio a corpore nõ depẽdet,nec vt ſubiecto,nec vt obiecto. Alia ꝟo earuʒ v̄tutum eſt,quę eo lʒ aliqua rõne ſpũaliter cognoſcant: tñ illaꝝ cognitio a corpore vtroqꝫ modo dependet, ⁊ vt a ſubiecto, ⁊ vt ab obiecto:huiꝰ generis ſunt oẽs ſenſiti/ue,quę lʒ ſpũalitate differãt,eaꝝ oĩuʒ cognitio e corpo/re ipſo vtroqꝫ modo depẽdet. Et cum natura ordinate ꝓcedat,erũt alie v̄tutes, vel aliqua vna virtus,cuius co gnitio e corpore depẽdet, vt ab obiecto: eritqꝫ e corpo/re ſeparata/vt a ſubiecto: nõ enim fieri põt, vt aliquid corꝑe egeat vt ſubiecto:⁊ nõ vt obiecto. Talis ergo eſt humana aĩa,ĩtellectuſqꝫ ipſe quaſi medius iter ſimpli/citer ęterna/⁊ ſimpl'r corruptibilia.Ex h̄ ordine fiat ta/lis ſyllogiſmus,oĩs virtus,cuius oꝑatio non põt eſſe ſi/ne corpore ſalteʒ vt obiecto,eſt cum corpore,cuius eſt, corruptibilis,niſi ocioſe remaneret:ſed ĩtellectꝰ huma/nus oꝑari nõ põt ſine corpore:q2 ſalteʒ, vt obiecto cor/pore eget,ergo intellectus eſt ſimpl'r corruptibilis,ẜm q̃d ꝟo incorruptibilis,cum pro ſui oꝑatione corꝑe non egeat, vt ſubiecto. Hęc eſt breuis opinio Põpo.eiuſqꝫ perbreue argm̃:nam oẽs eius vires hoc firmãtur. Hinc quinqꝫ ꝯcedit,quoꝝ p̄m eſt intellectiuũ/vegetatiuum/⁊ ſenſitiuuʒ in hoĩe eſſe vnã ſubam ẜm rem.Scõm eſt ta lem ſubam,animãqꝫ eſſe ſimpl'r mortaleʒ:ẜm quid im/mortalẽ.Tertium eſt talem aĩam eſſe vere formã hoĩs ĩpm hoĩem informãteʒ ⁊ ſpecificãtem. Quartũ eſt talẽ animã numerari per hoĩum numero.Quintũ eſt talem aĩam cum humano corꝑe naſci ex parẽtuʒ ⁊ ſolis ſemi/ne, ⁊ cum corpore mori. Hęc phyſice, ⁊ ꝑipathetice eſſe aſſerenda ꝯtendit:lʒ obſcure:ꝯfuſeqꝫ.

¶ Fundamẽtum Põpoñ.perbreue quo probat opinio/nem ſuam. Cap. XXXVI.

Opinionem hãc breui fundamẽto ꝓbat hoc pacto/Aię oꝑatio nõ eſt ſine corꝑe, vt obie/cto:⁊ eſt ſine corpore, vt ſubiecto:ğ eſt ſim/pliciter mortalis:⁊ ẜm q̃d ĩmortalis.Ex eo enim q2 eius oꝑatio non eſt ſine corpore vt obiecto:ĩp̃a ſimpl'r mortalis eſt,alioq̃n remaneret ſine eius oꝑatione ocioſa,ex eo ꝟo:q̃a eius operatio eſt ſine corꝑe, vt ſubto:ſapit immãlitatis q̃cqꝫ:⁊ ita erit ẜm q̃d ĩmortalis.Qð aũt eius oꝑatio nõ ſine corꝑe ſit vt obie/cto,ex eo pʒ,q2 ĩtelligit nihil ſine phãtaſmate: vel q2 in/telligere:aut phantaſia:aut nõ ſine phãtaſia eſt.Qð ꝟo eius oꝑatio ſine corꝑe ſit, vt ſubto:ex eo rurſus deꝓhen ditẽ:q2 ĩtelligẽ:nec corꝑe eget, vt organo:nec ꝑticula aliq̃ corꝑis. Hoc eſt ꝑbreue Põp.argm̃:quo eiꝰ opionẽ ꝓbat.

¶ Rationes Pompoñ.quibus ipſe probat omnia,quę dixit de anima. Cap. XXXVII.

Ne ꝟo fugiamus quę vir tetigit: rõnes eius oẽs colligimus, ⁊ dilucidius q̃ ip̃e ꝓcedat, nõ.n.in eius ꝟbis eſt ordo. Primo ğ argu/mẽtor,Aĩa eſt actꝰ corꝑis.ğ in oꝑando depẽ det a corꝑe,ſʒ cuʒ nõ depẽdeat a corꝑe, vt a ſubo:ğ, vt ab obto:ğ eſt ſimpl'r mortalis:ẜm q̃d ĩmorta lis.P.Aĩa ĩtelligit per phãtaſma/vt Ari.teſtaẽ:vel igiẽ iſte modus ĩtelligẽdi eſt aię eẽntialis:vel accñtalis:non accñtalis:q2 alius eſſet ſibi eẽntialis:qui nõ videtur.P. Unius rei eſt vnus modus oꝑandi.P.Sic modus ope rãdi ſenſitiuę nunq̃ mutaẽ in modũ oꝑandi ĩtellectiuę, nec modus oꝑandi intelligẽtię mutaẽ in modũ oꝑandi humani ĩtell'ꝰ:ita ꝯtra modus oꝑandi humani ĩtellectꝰ nunq̃ mutabiẽ in modum oꝑandi intelligẽtię:qð eſſet ſi ſine phãtaſmate intelligeret. Sinautẽ hic intelligẽdi modus ſit aię eẽntialis:aĩa non poterit ſine phãtaſmate ĩtelligere:⁊ ita erit ſimpl'r mortalis.P.Per nulluʒ nãle ſignũ euidẽs põt ſciri aĩam hr̃e aliuʒ intelligẽdi modũ: ergo nãlis ph̃s illud ponere nõ dʒ:cum veroꝝ exꝑimẽ/tum ſit, vt ꝯformeẽ ſenſatis.P.Ariſt.nullã poſuit ĩtelli/gẽtiã ſine corꝑe: ⁊ cum ĩtellectiua aĩa ſit minus abſtra/cta quauis intelligẽtia:lõge minus põt eaʒ ponere ſine corpore.P.Si mũdus eſt ęternus, vt Ari.arbitraẽ:tũc infinitę eẽnt actu formę ſine corꝑe:qð videẽ ridiculuʒ. P.Natura ꝓcedit ordinate,ergo ſicut daẽ forma,cuius oꝑatio eſt ſimpl'r abſtracta/nõ egẽs corꝑe vt ſubiecto, nec vt obiecto:⁊ daẽ forma/cuius oꝑatio vtroqꝫ modo eget,dabiẽ media:cuius oꝑatio vno modo eget corꝑe, alio modo nõ eget:⁊ cuʒ nõ poſſit eſſe talis, vt egeat vt ſubto/⁊ nõ egeat, vt obiecto:erit talis vt egeat, vt obie/cto:⁊ nõ vt ſubiecto.P.Si aĩa poſt morteʒ remaneret, ipſa eſſet per ſe ſubſiſtẽs, ⁊ h̄ aliq̃d:⁊ cuʒ ipſa ſit forma: erit id:quo aliqua res eſt h̄ aliq̃d:quare ideʒ erit per ſe ſubſiſtẽs, ⁊ id,quo aliq̃d eſt hoc aliq̃d:qð ꝑipatheticoꝝ cõcederet nemo.P.Cum modus,quo ipſa eſt in corꝑe, ſit ꝑfectior modo,quo ipſa eſt extra corpus,ſi aĩa rema neret extra corpora,tũc infinito tp̃e eẽt ſub modo imꝑ/fectiori, ⁊ finito ſub modo ꝑfectiori.P.Si aĩa remane/ret,deſineret actual'r eſſe actꝰ corꝑis,vel igiẽ tũc nullibi eſſet/vel alicubi:⁊ quouis loco ſit,vel ad illuʒ alteratio/ne,vel motu locali acceſſiſſet,quę ꝑipatheticus deride/ret.ſi nullibi poneẽ:ꝓhibebit nihil ẜm Ariſ.ponere ali/quas intelligẽtias ſine corꝑibus nullibi exñtes.P.Hoc videẽ nãę ordini cõſentaneum,qui gradatim eſt in aĩa/bus ipſis,ſtirpes enim aię nõ nihil hñt,cuʒ intra ſe nu/triantẽ, ⁊ creſcãt, ⁊ gñent ex̃ ſe.verum illud aię paululũ, qð hñt,mãle valde cerniẽ:cum ſuis nõ fungaẽ officijs, niſi per p̄as qualitates:quaꝝ oꝑatio ad eſſe reale termi/naẽ.Poſt hęc aĩalia fere Zophitica ſuccedũt,q̃ de ſen/ſitiua aĩa tactũ, ⁊ ꝯfuſam imaginatõeʒ habeãt:poſt hęc aĩalia ſunt aliquãtulũ ad aĩam plus elata:quę tãtuʒ aię hr̃e videnẽ, vt multi ea intell'm hr̃e crediderint, vt Pli/nius ex illaꝝ moribus ſyllogiçat.Poſt hęc poniẽ ⁊ cogi tatiua inter vires ſenſitiuas,quã Greci ob oꝑis excellẽ/tiam dianoeticã appellãt,q̃ ꝑticulares deceʒ ꝓdicamẽ toꝝ formas appręhẽdat, ⁊ particulariter ratiocineẽ,qð Auer.2º de aĩa lib.nõ negat.vltra hãc in hoĩbus cerniẽ Com̃.60.
ĩtellectꝰ,qui ex oꝑandi modo ſupra cogitariã cęteraſqꝫ mãles v̄tutes collocaẽ. Infra ꝟo ſimpliciter immãlia: cum tãtuʒ cũ mortalibus ꝯuerſeẽ: niſi fingamus hoĩes deos fieri, ⁊ in cęlum rapi, vt gẽtilitas autumat. P.12º metaph̄.Ari.inquit.Delectatio aũt qualis optima,par/ T.c.39.
uo tp̃e nobis:ſic enim ſemꝑ illud eſt, Nobis q̃deʒ enim



UVA. BHSC. IyR_143_2

impoſſibile:⁊ certũ eſt ꝙ nõ de hoīe loquit̃:ſed de aīa:
naʒ illic Ariſt.dr̃iam nõ fecit inter hoīem,⁊ aīam:ſicut
nec inter deũ,⁊ cęlũ,cum eodē loco deũ aīal eſſe ſempi/
ternuʒ aſſerat.P̃. Si de hoīe,⁊ nõ de aīa loquit̃:vbi de
aīa loquet̃.Cuʒ enim ille fuiſſet locus,et ibi de aīa nihil
aſſerat,erit ꝯſonũ nullibi de ea dicere.P̃.Si aīa huma/
na poſſet ea btitudine deificari:efficeret̃ deus,quo con
ceſſo in naſonis fabulis truderemur.P̃.Cum in tãta re
nunꝗ̃ Ariſ.v̾buʒ feciſſet,eēt accuſandus,potiſſimũ cuʒ
T.c.36. lib.de aīa 3° rem ꝓmiſerit,⁊ nullibi ꝓmiſſuʒ ſeruaſſe vi
ſus eſt hęc ſunt:ex qbus potiſſimũ Põpo.eius opīonez
ꝓbat:quę ſine forma plata:ſic ad formã reduximus.

¶ Oꝛdo ſeruãdus in ÿs,quę aduerſus opiniones Pom/
ponacÿ dicturi ſumus:⁊ quot pro v̾itate diſſerẽda ſunt.

Capitulum. XXXVIII.

PRo veritate igit̃ dilucidãda:ꝑmo phyſice
ꝓbabimus intellectiuã aīam cuʒ coꝛpe nõ
moꝛi:ſed ipſam poſt moꝛtē remanē. Secũ/
do ꝓbabimus phyſicis rõnibus aīam intel
lectiuã cum coꝛpoꝛe nõ naſci,ſed extrinſecus accedere:
ſimulq̃ʒ cum his phyſicis rõnibus ꝓbabimus hęc eadē
auctē Ariſ.atq̃ʒ Platonis,cęteroꝝq̃ʒ bonoꝝ phoꝝ,de/
inde ⁊ 3° nõnullas rõnes diſputabimus:quas ꝯtra opi/
nionez ſuã induxit Põpoñ.4°.Quid de aīa ipſa ⁊ phy/
ſice,⁊ ꝑipathetice ſentimus,adÿciemus:vltimo eius ra
tiones:qbus ſuã opionē aſſeruit:refutabimus.

¶ Phyſicaꝝ rõnuʒ:qb⁹ ꝓbat̃ itellectiuã aīam cũ coꝛpe
nõ moꝛi:ſʒ poſt moꝛtē remanē ꝑª. Cap. XXXIX.

ET ſi compluſculas rõnes phyſicas,imo de/
mõſtratões in nr̃is libꝛis,q̃s olim ędidim⁹
⁊ confecimus,⁊ diſputauimus eas reſume/
mus,quas arbitrat⁹ ſum pollētioꝛes.Argu/
mētoꝛ ergo,Si itellectiua aīa cũ coꝛpe mo/
reret̃,ipſa in omni ſua actione a coꝛpe neceſſitaret̃:ꝯſe/
quētia ꝑſpicua eſt,ex eo,q̃a coꝛpus nõ magis foꝛªᵐ ne/
ceſſitat ſm̃ eius eēntiã,q̃ʒ ſm̃ eius oꝑatione:cuʒ oꝑatio
nulla ſit eēntia ſuę foꝛmę liberioꝛ. At ꝯñs falſum expe/
rimur,quãdoq̃dē aīa ſalteʒ ſm̃ oꝑationē,quę ad volũ/
tatem attinet,eſt oīno libera,⁊ a nullo quouis coꝛpe ne/
ceſſitabilis:vt Ariſ.in ꝑmo de iterꝑtatione cõpluſculis
ſyllis demõſtrauit:⁊ Ammonius perpulchꝛe cõmenta/
tus eſt illas. Obſeruatio enim docet nobis pñtata qua/
uis re etiã ſũme appetibili,nos poſſe illaʒ appꝛobare,⁊
repꝛobare,illam velle,⁊ nolle.Hoc aũt eſſe nõ põt,vbi
v̾tus ipſa itellectiua erit coꝛpi ita impꝛ̃ſſa,vt ſecũ naſca/
tur,⁊ moꝛiat̃. Aſtipulat̃ aũt huic rõni ſenſus:videmus
enim oēm foꝛmã mãlez neceſſitari a mãli,vt vegetabi
lē a nutrimēto,ſenſitiuã a ſenſibili:ſed cum intellectiua
nõ recedat a materialitate ſm̃ eius opinionē:lʒ ſit cęte/
ris paululo altioꝛ.Simpl'r tamen mãlis:igit̃(vt cęterę
aīę a mãli neceſſitãtur)q̃s mãle,intellectiua quoq̃ʒ,q̃a
ſimpl'r mãlis,neceſſitabit̃ ſimpl'r ab appetibili phãtaſ/
mate,lʒ ſm̃ q̃d ſit immãlis,quaſi ſm̃ quid nõ neceſſita
bilis.Hoc aũt quãtuʒ diſſonũ veritati,⁊ obſ̾uationi ſit,
oēs gētes,oēs leges teſtant̃:⁊ nos expimur:quãdoq̃deʒ
nulla res quãtumcũq̃ʒ vꝛgēs nos cõpellere põt:nec ſm̃
quid,nec ſimpl'r.Ptolomęus in pꝛohęmio eoꝝ libꝛoꝝ,
q̃s periton apoteleſmaton ꝯſcripſit,demõſtrat nec ſtel/
las poſſe nos cõpellē,niſi per ignoꝛãtiaʒ:ſiq̃s enim(vt
inq̃t Poꝛphy.in illi⁹ ꝓhęmÿ Cõmētario)ſciuerit anno
ſuę ętatis 40° ex caſu ab equo debē moꝛi:eo ſuę etatis
anno ſi nõ equitabit,cęleſtes minas dubio ꝓcul exupa/
bit:qđ ſi aīa erit ſimpliciter mãlis virtuti mãli agēti re/
ſiſtere nõ põt:nec illã exupare. Siq̃s aũt voluerit hanc
rationē refutare,dicere coget̃ volũtatem ab appetibili
phantaſmate neceſſitari:qđ nos in theologico repꝛoba/
uimus,⁊ demr̃auimus eum qui hoc pacto dicit,⁊ obſer
uationi,⁊ legibus diuinis,⁊ humanis,⁊ Platoni,⁊ Ariſ.
⁊ cõpluſculis demr̃onib⁹ aduerſari.Qđ v̾o hęc ratio ſit
ꝑipathetica:ex his quę Ariſ.dicit 9° ꝑmę phīę lib.aper/ T.c.10.
tiſſime colligit̃.Cum enim potētias diſtinxiſſet,iter nã/
les potentias,quas irrõnales appellat,⁊ rõnales duas
dr̃ias aſſignauit,alterã ex parte illaꝝ,quo potētię ſunt,
alterã v̾o,quo ipſę veniũt ad actũ:⁊ aſſignãs dr̃iam iter
illas,quo potētię ſunt,inq̃t,tales q̃dem potētias neceſſe
eſt,qñ vt pñt,paſſiuuʒ ⁊ actiuũ appꝛopinquat,h̾ q̃dem
facere,illud v̾o pati:illas v̾o,nõ neceſſe. Eſt g̊ dr̃ia pri/
ma,ꝙ nãles potētię appꝛopinquatꝭ actiuo,et paſſiuo,in
ea diſpõne,qua paſſiuũ pati,actiuuʒ aũt agere põt,ne/
ceſſe eſt,vt vnuʒ patiat̃,alteꝝ agat:veluti cum igni ipſi
cõbuſtibili appꝛopinquat. Potentię v̾o rõnales etiam
actiuo ⁊ paſſiuo appꝛoximatis,nõ nec̾io aut agunt,aut
patiunt̃:nõ enim nec̾io ędificatoꝛ ędificat,ſi ſibi domi/
cilioꝝ mã ꝓxima eſſet.Aſſignat v̾o huius dr̃ię cauſam,
cum inq̃t,hę enim oēs,ita ſupple ſunt,vt vna vni⁹ facti/
ua ſit:bene paſſiuo ipſo pñte,id faciat neceſſe eſt,cuius
ipſa factiua eſt,ille aũt.ſ.rõnales ꝯtrarioꝝ ſunt factiue.
Irrõnales ergo q2 ſimpl'r nãles ſunt:ad vnuʒ ſimplici/
ter determinant̃:q̃a v̾o rõnales oppoſitoꝝ ſunt,ſimpli/
citer nãles eſſe nõ pñt. Deinde aſſignat ſcđaʒ differētiã
ex parte,qua ad actum veniũt,⁊ per modũ q̃onis inq̃t,
quare ſimul faciēt ꝯ̃ria.Hoc aũt ipoſſibile eſt,ꝓpterea
oſtēdit quo modo rõnales reducãtur ad actum,⁊ vnde
habēt,vt poſſint q̃libet oppoſitoꝝ indifferenter exeq̃:
⁊ inq̃t neceſſe eſt g̊ aliqđ aliud eſſe τὸ κύϱιον, hoc eſt ꝓn/
cipale:cui eſt auctoꝛitas exequēdi q̃uis eoꝝ:quoꝝ ra/
tionalis potentia erat oſtenſiua:⁊ q̃d illud ſit:exponit,⁊
inq̃t.dico aũt hoc, ὄρεξιν ἢ προαίρεσιν.i.appetituʒ,vel
electionē:appetituʒ q̃dē,vt eſt volũtas,electionē v̾o,q2
id:qđ ex ſyllogiſmo pꝛactico relinq̃tur.Intellect⁹ enim
oſtēdit vtrũq̃ʒ oppoſitoꝝ,⁊ per electionē eligit alteruʒ:
qđ ſibi rõnabili⁹ apparet:appetit⁹ v̾o:quę volũtas eſt,
eligit qñq̃ʒ illud:qñq̃ʒ oppoſitum:ꝓpterea dixit appeti
tum vel electionē:q2 interdũ volũtate nõ ꝯ̃dicēte ſuffi/
cit ſola electio ſyllogiſtica pꝛo executiõe alterius oppo/
ſiti:qñq̃ʒ v̾o ꝯ̃dicēte volũtate,eligit̃ alterũ:vt volũtati
placet:⁊ reliqua per te legas.Ex his g̊ apparet ſcđa dr̃ia
ꝙ rõnales potentię qñq̃ʒ ipſę eligũt alterũ oppoſitoꝝ:
quoꝝ erant oſtēſiuę,vtpote qñ volũtas nõ ꝯ̃dicit,qñq̃ʒ
vltra eas req̃rit̃ volũtas cui auc̾tas ineſt,eligere alterũ
pꝛo arbitrio. Ex ꝑª g̊ dr̃ia argumētoꝛ:Si aīa itellectiua
cum coꝛpe moꝛeret̃,eēt ſimpl'r mãlis,eēt.n.ſm̃ q̃d im/
mãlis,⁊ ſimpl'r mãlis:quę Põpo.ꝯcedit:⁊ ſi eēt ſimpl'r
mãlis,eēt determinata ad vnũ:cuʒ.n.oīs foꝛma ſimpl'r
mãlis,ſequat̃ coꝛpus mãle,eſſet limitata ad vnũ veluti
coꝛpus,cuius impꝛ̃ſſionē ſeq̃t̃.⁊ ſic tolleret̃ ꝑª dr̃ia inter
potētias rõnales,⁊ irrõnales.Ex 2ª etiã argumētoꝛ,Si
itellectiua aīa moꝛeret̃ cuʒ coꝛpoꝛe:ſequeret̃ illud ſim/
pliciter,veluti foꝛª quęcũq̃ʒ ſimpl'r mãlis eſt,g̊ nõ eſſet
dñа ſuoꝝ actuũ,nec ad oppoſita libera.Aſtipulet̃ huic,
q2 ſm̃ Põpoñ.itellectiua aīa nõ differt a cęteris penes
mãlitateʒ:nã lʒ habeat nõ nihil imãlitatis magis q̃ʒ cę/
terę:tñ intra latitudinē ſimpl'r mãliũ collocat̃:g̊ vt cęte
rę ſunt vna vni⁹:⁊ nõ ſuoꝝ actuũ dñа:ita erit ipſa vna
vni⁹:⁊ nõ ſuoꝝ actuũ dñа:lʒ ſm̃ q̃d videat̃ ſcandē ma/
gis ad imãlitatē:quę ſunt ꝯtra ꝑipatheticos,⁊ cõtra ex/
periētiã.Ex Plotini rõnibus hęc ratio põt h̾ pacto cõ/
poni,quęcũq̃ʒ in eligēdo ad eũdeʒ actũ vel ad idē obm
cõparata,ꝯ̃dictoꝛię ſe hñt,ſunt diuerſaꝝ nãruʒ:nec iſta
eget ꝓbatione,cum ſeipſa ꝯſtet. Sed rõnalis aīa:⁊ ſen/
ſitiuus

UVA. BHSC. IyR_143_2

ſitiuus appetitꝰ, qui corpalis eſt, eidem actui vel eidem obto cõparari ꝯdictoriꝫ ſe hñt: naz cõparati fornicationi, vel alteri voluptati aĩa rõnalis reprobat, ꝛ negatiue ad illã ſe habet, ſenſitiuus appetitꝰ approbat, ꝛ affirmatiue ſe habet: vt obſuatio docet: ğ rõnalis aĩa, ꝛ appetitus ſenſualis erũt diuerſaꝝ nãrũ: quare cum appetitus ſit ſimpl'r mãlis: rõnalis aĩa ſimpl'r imãlis relinquetur. Hęc ratio cuilibet bono pħo fidez faciet: ꝛ meo iudicio eſt demõſtratio ex effectu, qð eſt libere velle. Hoc eniz cõcludit rõnalem aĩam eſſe ſimpl'r ſupra corpus: ꝛ per ꝯſequens cum corpore non moritura.

¶ Scða ratio qua ꝓbat̃ eadẽ imortalitas. Cap̃. XL.

PReterea efficaciꝰ, vt arbitror ꝛ qdez ꝑipathetice, ꝛ Platonice argumẽtor, nã (vt oẽs fere diſtinguũt) vl'ium alia ſunt per eẽntiã vl'ia: vt quęcũqꝫ e mã nõ depẽdẽt: alia participatione, vt quęcũqꝫ a mã depẽdẽt, a nobis ſine hic, ꝛ nũc cęteriſqꝫ indiuidui ꝯditionibꝰ itelligũtur: quã diſtõnẽ Auer. fecit in liº de ſomno. Accipiamus ğ vl'ia quę ẜm eoꝝ eſſentiã depẽdẽt a mã: participatione ꝟo ſunt abſtracta atqꝫ imãlia: cuz omne per participationez tale, reducat̃ ad aliqð tale per eẽntiã: q̃ramus qd eſt vl'e atqꝫ ꝑ eẽntiã abſtractũ: ad qð hꝰ vl'ia participatione reducant̃: ꝑipathetici qdẽ ad nihil niſi ad itellectiuã aĩaz reduxerũt, nã per itell'm poſſibilẽ immãliter recipiunt̃: per agẽtẽ trãſferunt̃ de ordine mãliũ ad imãlia: vt Auer. ꝛ Ariſ. 3º de aĩa liº clariſſime demõſtrarũt. Nõ. n. pñt eſſe talia participatiõe alteriꝰ vl'is: qð eſt participatione tale: qꝛ eẽt ꝓceſſus in ifiᵐ: vel opꝫ dicere aliqð eẽ participatiõe tale: qð ad nihil per eſſentiã tale reduceret̃: qm̃ 2º Phyſicę auſcultatiõis Ariſ. explodit. Si igit̃ vl'ia nõ ꝑ eſſentiã ſunt ſeparata, vt Plato autumat, ſꝫ ꝑ reductõez ad itelleᵘᵃᶻ aĩaz / vt ꝑipatheᶜⁱ arbitrãtur: ipa nimirũ ꝑ eſſentiã a mã nõ depẽdebit: quo fit, vt nec cũ ipa deſinat: nõ ğ aĩa: quę a corpe erit abſoluta: cũ corpe mori coget̃: qñqdẽ ꝑ eẽntiã ab ipo eſt ſepata, atqꝫ abiũcta. Ex ꝑipathetici ꝟo rõnibꝰ hęc potiſſima vr̃ ſi ſic cõponat̃, vl'ia mãlia ſunt imortalia, et incorruptibilia: vel igit̃ ꝑ eẽntiã: vel participatõe alicuiꝰ imortalis, atqꝫ ꝑ eẽntiã icorruptibilis: nõ ſunt ꝑ eẽntiã imortalia, atqꝫ incorruptibilia: naz ſic relinqueret̃ opinio Platonis de vl'ibꝰ: de qbꝰ in Parmenide diſputat: ğ ſunt imortalia atqꝫ incorruptibilia participatiõe / ꝛ cũ ea, quę ſunt participatiõe talia / ad aliqð ꝑ eẽntiã tale reducant̃: nec reduxerũt ꝑipathetici hoꝝ imortalitatẽ atqꝫ icorruptibilitatẽ, niſi ad itelleᵘᵃᶻ aĩaz: vt 3º de aĩa docuit. Hęc. n. fuit cã vtriuſqꝫ itell's, vt Auer. inuit, fit, vt ipſa per eſſentiaz ſit ſimpl'r incorruptibilis, atqꝫ imortalis.

¶ Tertia ratio, qua ꝓbat̃ eadem immortalitas, ex Tymęo Platonis. Cap̃. XLI.

EX Tymęo ꝟo Platonis pollẽtiſſima ratio coll'r: in qua Macrobius oẽz eiꝰ opiõnẽ de Scipionis ſomno fundauit. nulla forᵃ appetẽs, q̃rens, atqꝫ inueniẽs honeſta, pia, ꝛ religioſa: e corpe ſimpl'r depẽdet: cũ. n. honeſtũ ſit, qð ſua ꝓpͣa / atqꝫ eẽntiali vi nos trahat, piuz / qð ꝓpͣa ꝛ eẽntiali dignitate nos alliciat, religioſum qð diuinaꝝ rerum cura nos moneat, ſi appetẽs e corpe depẽdet, in corpe erit appetẽs. Uirtꝰ aũt in corpe appetẽs nõ appetit niſi ẜm corpis vim, harmoniãqꝫ: q̃re qð appetit, erit ꝓporˡᵉ corpi: ſiqdẽ oĩs appetitio eſt inqſitio, quę per aliqð ſil'e, atqꝫ ꝓporˡᵉ ſibi ꝑficitur: nec vnq̃ aliqd appetit̃, niſi per h, qð eſt appetenti ſil'e / nã poᵃ, appetibile ei ſil'e eſt, qð eſt in actu tale: qcqd aũt appetit̃ ẜm ꝓportionale corpi, appetit̃ ẜm rõnẽ vtilis, vel delectabilis: qð eſt ꝯtra rõnẽ pij, honeſti, atqꝫ religioſi. Sic igit̃ nihil in corpore appetere põt, niſi corpus, vel ſil'e corpi: huic autez aſtipulant̃ aĩalia / quoꝝ nullũ ꝑter hoĩem pij, aut honeſti, aut religioſi. qcq̃ appetit, qð non ob aliud puto, niſi qꝛ oĩs eoꝝ ꝟtus in corpe eſt. At hoĩes videmus oẽz rem ſimpl'r corpeã paruipẽdẽ, incorpeas quęrere, illaꝝ gr̃a mori, pati, atqꝫ euigilare: qð eſſe nõ poterit, niſi qꝛ eoꝝ aĩa ſupra corpora eſt, ſimpl'rqꝫ ab illis abiũcta, nulliqꝫ corpeę ipreſſioni obnoxia: hãc rõnem magnifecit Macrobius: ꝛ nos illã indiſſolubilẽ putamus: qñqdez experimẽto initit̃: qð apud nr̃os oculos q̊tidie cernit̃. Quid. n. corpei quęrũt tot pij honeſti, ꝛ religioſi viri: cũ eoꝝ corpora ſpernũt, relinquũtqꝫ cur aĩaliũ nulluz h facit, ſi. n. hõ, vt Põpo. putat: aĩal eſt, ꝛ nihil ſimpl'r elatũ hꝫ vltra id: qð cętera aĩalia hñt cur incorporea quęrit, appetit, ꝛ inueſtigat. cur aĩaliũ nullũ ꝑ hęc incorpea ꝓſpicit: niſi in Plinianas fabulas trudamur, qui religionẽ elephãtis, ꝛ pietatẽ leonibꝰ ꝓbuit. Hęc ratio ſi cõponat̃, vt Plotinus inuit, efficaciſſima vr̃: ꝓpoſitis humanę aĩę corporeis, ꝛ ſimpl'r incorpeis (corpea ſunt vtilia, atqꝫ delectabilia: ſimpl'r incorpea ſunt pietas, religio, et honeſtas) ipſa ſimpl'r ꝯtẽnit corpea / illa reprobat, ꝛ cuz illoꝝ ꝯtẽtione corpus ꝓpriũ ſpernit, eligit ꝟo ſimpl'r icorpea, vt pietatẽ, religionẽ, ꝛ honeſtatẽ: Legimꝰ pios hoĩes, atqꝫ religioſos viros diuitias, honores, ſceptra, deniqꝫ ꝛ regna ꝯtẽpſiſſe: quęſiuiſſe incorporea, atqꝫ ſimpl'r imãlia: quę aĩaliũ deſideraſſe legimus nullũ: quo modo ğ põt, qui nihil imortalitatis hꝫ, niſi ſil'itudine, atqꝫ cõꝑatione imortalia tãta diligentia quęrere, tot mortalibꝰ atqꝫ ſũme appetibilibꝰ ſpretis: dij boni Põpoñ. Mi, põt vis, quę nõ vltra corpa elata eſt, tot ſimpl'r incorpea appetere, illa colere, venerari, atqꝫ obſeruare, hęc ſi in liº de pulchro Platonis velles legere: lõge facilius ꝑpendes, vnde (vt recte Pitagoras inqt) deus cum hoĩem fingeret, vt ſublimia, religioſa, ꝛ pia ꝓſpiceret, ex humo eum ſubleuauit, ꝛ ad ſui artificis contẽplationem erexit: qð optime ingenioſus Poeta ſignauit.

Pronaqꝫ cum ſpectãt animalia cętera terram: Ouidius
Os homini ſublime dedit: cęlũqꝫ videre
Iuſſit: ꝛ erectos ad ſydera tollere vultus.

Hinc vtiqꝫ ἄνθρωπον: anthropon / gręci appellarũt, qð ſolus aĩaliũ imortalitatẽ. ſimpl'r itra ſe hñs, ſurſum ſpectet ſolus. Hãc ob cãm. M. Tullius nullũ aĩaliuz ꝑter hoĩem eẽ dicit, qð habeat aliq̃ notitiã dei: qbꝰ fit, vt aĩa nõ ẜm qd imortalis ſit, ſed ſimpl'r: ſic ipa dum in corpe eſt: nõ ẜm qd imortalia quęrit, velut elephãtis religionem, ꝛ leo pietatẽ / ſed ſimpl'r imortalia colit, appetit, et inqrit, ſed de hac rõne hactenus redeamus ad Ariſ. decreta: nam ſuꝑ eo Põpoñ. potiſſimum initit̃.

¶ Prima Ariſt. auctoritas: qua ꝓbatur immortalitas, ꝛ quę expoſitores de illa. Cap̃. XLII.

DIximus aĩę imortalitatẽ phyſicis rõnibus ꝓbari poſſe, ꝛ (vt viſuz eſt) tribꝰ demr̃onibus illã ꝓbauimꝰ: diximus ẽt Ari. nunq̃ talẽ q̃õnez per ſe q̃ſiuiſſe, ſꝫ ſolũ de ea obiter aliq̃ dixiſſet: quę qꝛ obiter erãt ab eo dicta: obiter reꝑit̃ variꝰ: vt ſuꝑius ꝑ nõnulla demr̃auimꝰ: q̃re ſibi in hac re nõ erit pl'imũ initẽdũ: ſꝫ vtcũqꝫ ſit, vr̃ mihi ipm potius ad imortalitatẽ q̃ ad mortalitatẽ ꝑꝑare: ideo in hac re ea adducaz: quę potiora pro nr̃o ꝓpoſito videbunt̃: Ari. ita liº de aĩa ꝑ̊, ita ad ꝟbũ inqt, [ Intell's T. c. 65.
aũt videt̃ ἐγγίνεσθαι. i. aduenire, ſubã q̃daz exñs, ꝛ nõ corrũpi: maxime. n. corrũpet̃ vtiqꝫ ab ea: quę eſt in ſene- ſenectute
ctute, ἀμαυρώσεως. i. offuſcatione, vel imbecillitate: ſiue γῆρα Senio
debilitate: nũc aũt queadmodũ ἐπὶ τῶν αἰσθητηρίων, i.

in ſenſorijs, quę ſunt ſenſuũ inſtrũa accidit. Si.n.accepit
ſenex oculũ talẽ, videret vtiq̧ ſicut ⁊ iuuenis. q̃re ſenect⁹
οὕτω τὸν ψυχὸν πεπονθέναι τι ἀλλ᾽ ἐν ᾧ. i. nõ eſt i patiẽ/
do gcq̧: ſed in quo: h̃ eſt, ſ3 q2 id, in q̃ eſt, aliqd patit̃: ſic
in ebrietatib⁹ ⁊ morbis eſt. ] hactenus Ariſt. Ex his v̾bis
arg^{tor}, ſupponẽdo tñ nõ eẽ itellectũ vnũ nũo in oib⁹, vt
Põp. ẽt nobiſcũ de mẽte Ari. autumat, itell's nõ corrũ/
pit̃ (vt Ari. tradit) pbatq̧, nã ſi corrũpet̃: maxie vtiq̧
ĩpe videret̃ debilitat⁹, atq̧ fere corrupt⁹ ab ea ĩbecilli^{te}
offuſcationeq̧, quę ſenectuti accidit: qđ aũt in tali ſtatu
ĩpe nec corrũpat̃, nec minuat̃, eo p3: q2 tũc in ei⁹ opõne
maxię v̾r pfect⁹, eo.n.tpe ⁊ prudẽtior, ⁊ ſapiẽtior maxie
cernit̃: recte g̃ Ari. eũ nõ corrũpi cu3 corpe aſſerit. Et q2
poſſes dicẽ decrepitos eẽ amẽtes, atq̧ ĩ prudẽtia ⁊ ſcia
q̃nq̧ eẽ mãcos, ſbſcripſit hęc eis accidẽ ĩbecillitate ſen/
ſoriorũ: quę illis ſeruiũt, nõ aũt p ſe: veluti ẽt ſenſib⁹ acci
dit: vbi viſus ſenioris oculi min⁹ videt: vbi tñ iuueniles
oculũ accipet, videret, vt iuuenis: ecce q̃ mõ Ari. ⁊ imor
talitatẽ approbauit, ⁊ ſigno bono ↄfirmauit. Nec valet
dicẽ hęc Ari. dixiſſe, q2 aĩa eſt ſm gd mortalis, vt Põp.
autumat, v̾l hęc Ari. dixiſſe, q2 itell's nõ corrũpit̃ ab ex/
cellẽti obto: vt cęterę organicę for^{e} corrũpunt̃: ſ3 corrũ/
T.c.66. pat̃ toti⁹ corruptõe. Nã ſtatim Ari. poſtq̧ itell's imorta
litatẽ pbauit, ſoluit.q. cur poſt mortẽ ĩpe nõ reminiſcit̃:
⁊ ingt [ ⁊ itelligẽ igit̃, ⁊ ↄſide^{re} marceſcũt alio q̃dã intus
corrupto. Ipm autẽ ipaſſibile eſt, τὸ δὲ διανοεῖσθαι, i.
rõcinari aũt, ⁊ amare, v̾l odiſſe nõ ſunt illi⁹ paſſiones, ſ3
hui⁹ hñtis illũ, vt illũ h3. q̃re ⁊ h̃ corrupto nec recordat̃:
nec amat: nõ.n. illi⁹ erãt, ſed cõis, qđ gde3 deſtructũ eſt,
itell's aũt fortaſſis diuũ aliqd ⁊ ĩpaſſibile eſt. ] hactenus
Ari. Hęc aũt q̃ſtio ⁊ qõnis determinatio friuolę eẽnt, ⁊
q̃ſi pueriles, ſi Ari. animi ĩmortalitatẽ ſolũ ſm gd itelli
geret: vñ ⁊ Auer. in cõmẽ. ait Ariſt. eo loco velle pbare
Cap. 25°. itell's imortalitatẽ, Them. v̾o eodẽ loco dicit, v̾r itellus
itus accidẽ, vt ſuba q̃dã, nec aboleri, aut corrũpi, aliogn
maxime aboleret̃ ab ea inualẽtia, quę ſenectuti ↄtingit.
T.c.20. P̃. Rem hãc Ari. 3° de aia lib. clarius ſic oñdit, [ Sepa/
ratus aũt eſt ſolũ, h̃ qđ gdẽ eſt: ⁊ h̃ ſolũ imortale ⁊ ppe/
tuum eſt: ⁊ q2 aliqs quęreret an poſt mortẽ reminiſcat̃,
ſubſcribit, nõ reminiſcimur aũt, q2 h̃ gdẽ ipaſſibile eſt,
paſſiuus v̾o itell's corruptibilis: ⁊ ſine h̃ nihil itelligit. ]
ſi g̃ aia cum corpe abolet̃: cur Ari. tãtope elaborauit ea
in qõne: quę eſt de aię poſt mortẽ obliuione. An v̾o re/
miniſcat̃ aia poſt mortẽ: vt putat Ari. ⁊ cum hoc intelli/
gat, poſterius dicemus: hactenus de p̃ma auctẽ.

Scđa Ari. auctas ſatis vrgẽs. Cap. XLIII.

T.c.44. PReterea Ariſt. 2° de gñatione lib. fecit hãc
ↄñtia3, ſi aia eſſet miſcibilis, h̃ eſt in corpe
miſto pmanẽs, eius opationes erũt corpa/
les: vñ ingt, [ Incõueniẽs aũt eſt ⁊ ſi aia ex
q̃lntis, aut aliqđ vnũ eorũ eſt, alteratiões.n.
aię, vt muſicũ eſſe, ⁊ rurſus nõ muſicũ eſſe, aut memo/
ria, ⁊ obliuio, quę aię alterationes dñr, ſaltem ſpũales,
quo modo erũt, deinde faciẽs ↄñtiam ingt. Palã.n. q̃m
ſiqdẽ aia ignis eſt, paſſiones erũt ei: quęcũq̧ igni iſunt,
vt ignis eſt, ſi aũt miſcibile ſupple ipſa aliqd ſit, opatio/
nes oẽs erũt corporeę. Harũ aũt nulla corpea eſt. ] g̃ aia
nec eſt corpus, nec in corpe ↄſtituta, tanq̧ ab illo depen
dẽs. Patet g̃ Ariſ. ſic argumẽtatu3 eſſe, nulla aię opatio
eſt corpea, g̃ aia nõ ↄſtituit̃ in eſſe per corpus. Si.n. cõ/
ſtitueret̃ per corpus, eius opatio corpea eſſet ea corpis
corpeitate: a quo ↄſtitueret̃: vtpote v̾l ignea vel miſta:
vel id genus pro rõne eius corpis: in quo cõſtitueret̃, at
nulla eius opatio talis eſt, g̃ eſt ſimpl'r e corpe indepen/
dẽs. Nõ.n. cauillabit Põpoñ. Ariſ. velle eã eſſe ſm gd
ſeparatã: nã dicã aia3 eẽ in igne ↄſtitutã, eius tñ opatio/
nẽ nõ eẽ igneã: q2 eſt aia ſm gd ſepata: qđ ſi aia ſimpl'r
erit e corpe indepẽdẽs, ipſa cum eo mori nõ poterit.

Tertia Ariſtotelis auctoritas. Cap. XLIIII.

PReterea 2° de aia lib. inquit, [ De intellectu T.c.21.
autẽ, ⁊ theoretica. i. ↄtẽplatiua potẽtia, nihil
adhuc manifeſtũ eſt, ſ3 videt̃ genus alterũ
aię eſſe, ⁊ h̃ ſolũ ↄtingit ſeparari, ſicut ppe/
tuu3 a corruptibili. ] Nõ enim potes dicere
Ari. hęc pro tãto dixiſſe, q2 itellect⁹ eſt ſm gd ſeparat⁹:
nam ſtatim ſubdit. Reliquę aũt ptes aię, manifeſtũ eſt T.c.22.
ex his: q̧ nõ ſeparabiles ſunt. Argumentor g̃, eo mõ di/
xit itellectũ ſeparari, vt ppetuũ a corruptibili, quo mo/
do cõtra cęteras aię ptes dixit nõ ſeparari: ſ3 illas dixit
eodẽ loco rõne ſeparari, ſimpl'r aũt iſeparabiles eſſe: g̃
per ↄ̃riũ itellectũ dixit eſſe ſimpl'r ſeparabilẽ, ſm quid
nõ ſeparabilẽ: lege g̃ mi Põpoñ. v̾ba Ari. deide plege:
na3 videbis gloſſema tuũ v̾bis eius nullo pacto ↄſona/
re. P̃. 2° lib. de gñatione aialiũ. ca. 3°. itell's imortalitate3
ita ad v̾bu3 aſſerit: fętus corpus in quo cõgredit̃ ſemen
aiaſtici p̃ncipij: partim gdẽ ſeparabile a corpe eſt, in q̃/
buſcũq̧ cõprehẽdit̃ diuinũ: talis aũt eſt vocat⁹ intell's:
partim v̾o iſeparabile: h̃ ſemine fętus diſſoluit̃ et eua/
neſcit nãm hñs humidã, ⁊ aquea3: q2 v̾o aliqs poſſet di
cere, ſi itell's eſt imortalis ⁊ ſuapte nã a corpe ſeparabi/
lis, cur nõ ſemp ſeparet̃: ⁊ ſi eſt ↄſtituẽs corpus, cur nõ
eſt pars ↄſtitutę, formę. i. totalitatis: Rñdet Ariſ. ſtatim,
quapp neq̧ op3 quęrere, cur nõ ſemper foris exit: neq̧
cur pars nõ eſt ↄſtitutę formę: quẽadmodũ neq̧ coagu
lũ qđ lac ↄſtituit: eteni3 iſtud mutat ⁊ pars nulla eſt cõ/
ſtitutarũ magnitudinũ: hęc ad v̾bũ Ariſ. vbi plane ipm
itell'm eſſe imortale3 aſſerit, ⁊ corpus ↄſtituere: ſ3 nõ ſit
pars ↄſtituti corpis ab illo dependẽs: quã auctẽ3 vt ar/
bitror Põpoñ. nõ legit: q2 de opione Ariſ. nõ ita tradi/
diſſet. Et de Ari. auctib⁹ has ſufficere volumus.

Platonis auctes hę ſunt de imortali^{te}. Cap. XLV.

QUod v̾o Plato ſenſerit animi imortalitatẽ
phędonis liber de morte Socratis, vniuer
ſus rem hãc exponit: quẽ cũ Cato legiſſet, ⁊
plegiſſet, nõ dubitauit ſeipm necare. Plato
p̃terea in fine gorgię aiabus poſt mortẽ pę/
nã, ⁊ fęlicitatẽ p̃bet, qđ nõ dixiſſet, niſi eã imortalẽ arbi
traret̃: gnimmo dicit id omne, qđ de malorũ boĩum pę/
nis poſt mortẽ aſſerit̃, ⁊ de bonorũ p̃mio non eẽ fabulo/
ſum. 10° v̾o de legib⁹ iubet puniẽdos eos eẽ: qui malorũ
aias poſt mortem nõ puniri aſſerũt, ⁊ bonorũ nõ p̃mia/
ri: quę oia eẽnt fabuloſa, niſi imortalitatem arbitraret̃.
P̃. In phędro. animi imortalitatẽ ſic ſyllogiçat, aius ſe/
ipm mouet, qđ ſeipm mouet, ſemp mouet̃: quod ſemp
mouet̃, imortale eſt: aius igit̃ imortalis eſt. P̃. Animus
a ſeipſo mouet̃: qđ a ſeipſo mouet̃: id cęteris: quę extrin
ſecus mouent̃, origo, ⁊ p̃n^{m} motus eſt. Principiũ aute3
ingenitu3, ⁊ incorruptibile eſt: ergo aius eſt ingenitus, ⁊
incorruptibilis: his.n. duobus ſyll'is animi corruptionẽ
tollere oino Plato videt̃. Cum enim quicqd corrũpit̃,
duobus modis corrũpat̃: aut enim a ſeipſo per materiã
in eo ↄtẽtam, aut aliũde fit corruptio: vt lignũ tuu3 ſua
putrefactione corruptioni obnoxiũ eſt, Tum q2 v̾ri ex/
trinſecus, ⁊ ſecari põt. Primus ſyllogiſmus minime a
ſe corrũpi poſſe oſtẽdit. Secũdus ne ab alio gdẽ corrũ
pi poſſe declarat, ſed quãtum hi ſyllogiſmi valeant nr̃o
de intellectu libro declarauimus. Nobis aũt nũc illud
ſatis, ſit Platonẽ demõſtraſſe ad imortalitate3 ppaſſe.
10° v̾o de re.p. lib. ex cõpluribus quę dicit, hic ſyll's col
ligitur: anima quia nec alieno malo interit (qđ cõmune
oĩum

UVA. BHSC. IyR_143_2

omnium eſt) neqꝫ ſuo: ſemꝑ ſit neceſſe eſt, qđ aũt ſemꝑ
eſt, imoꝛtale eſt, animã igit̃ imoꝛtalem eſſe, manifeſtuꝫ
eſt. Demũ in Tymęo ꝓpe fineꝫ aię imoꝛtalitatẽ ꝓbat,
pꝛimo quia veritateꝫ attingit imoꝛtaleꝫ. Secũdo quia
diuinum colit, hęc ſufficiant: nam inter Platonicos res
diuulgata eſt animę imoꝛtalitas.

¶ Cęteroꝛum auctoꝛitates etiam imoꝛtalitatem pꝛobã-
tes. Cap. XLVI.

POſt hos ſunt ꝛ alij doctiſſimi viri ꝗ animę
imoꝛtalitatẽ, ꝛ affirmarũt, ꝛ ꝓbarunt: inter
Cap. 9°. quos doctiſſim⁹ Jamblic⁹ in eo libꝛo, quẽ
de myſterijs ꝯſcripſit. Immoꝛtalitatẽ pꝛo-
bat ex eo, qꝛ dũ in coꝛpoꝛe eſt nõ patit̃: vtpote nec tur-
batiõẽ, nec ſenectutẽ, nec id genus. P. vt inquit, paſſio-
nes qualeſcũqꝫ ſint in aiali: nõ ſũt in aia qualiſcũqꝫ ſit:
ſed in coꝛpoꝛe, qđ ſub aia certaꝫ poſſidet q̃litatẽ, qua ꝛ
patit̃, ꝛ agat: nulla (vt dicit) eſt in aia paſſio vł perem-
ptoꝛia, vel turbatoꝛia: atqꝫ hãc ipaſſibilitatẽ aia non ſo
lum acq̃rit electiõe, ſed poſſidet ipſa nã ſuꝑioꝛe coꝛpo-
ribus. Eſt ergo aia imoꝛtalis. Pꝛoclus quoqꝫ eo libꝛo,
quẽ de aia, ꝛ dęmone ꝯſcripſit ꝓbauit aię imoꝛtalitatẽ,
vtens quaſi eodem ſigno, quo ꝛ Ariſto. in libꝛis de aia
vtebat̃: qꝛ ſcia, quę pꝛofecto noſtra eſt in ſenectute non
minuit̃. At coꝛpoꝛeę potentię minuũtur, ꝛ creſcunt quo
fit, vt aia, cuius ſcia oꝑatio eſt, etiã coꝛpoꝛe nõ coꝛrum-
Ca. 13. 14. pat̃. P. Poꝛphyrius aię imoꝛtalitatẽ eo libꝛo quem de
occaſionib⁹ ędidit, ꝓbauit ex eo ꝙ eſt per eſſentiã vita:
qđ eniꝫ (inquit) per eſſentiã vita eſt, nõ moꝛit̃: aia eſt ꝑ
Cap. 25. eſſentiam vita. nõ ergo moꝛit̃ aia. Alcinous v̾o libꝛo de
phantaſia ꝛ intellectu compluſculis ſyllogiſmis monet
imoꝛtalitatẽ aię: quos, vt dicit, ex Platonis libꝛis excer
pſit. Pꝛimus q̃deꝫ eſt, aia cuicũqꝫ adeſt: vitaꝫ affert: qđ
v̾o vitã affert, imoꝛtale eſt. aia ergo imoꝛtalis eſt. Scđs
aia ipſa nã coꝛpoꝛi dominat̃: qđ coꝛpoꝛi dominat̃, ipm
imoꝛtale eſt. aia ergo imoꝛtalis eſt. Tertius aia a ꝓpꝛio
malo nõ coꝛrumpit̃: qđ a ꝓpꝛio malo nõ coꝛrumpitur,
imoꝛtale eſt. aia ergo imoꝛtalis eſt, ſũt ex tali ſyłłi, quos
pꝛętermiſimus, q̃a magis ex Platonis decretis, q̃ alte-
Eneade 4°. rius ꝓcedunt. Plotinus v̾o inter Platonicos p̄cipuus:
lꝫ cõplurib⁹ locis, per plures ſyllogiſmos aię imoꝛtali-
tateꝫ oſtẽderit eo libꝛo, queꝫ de animi imoꝛtalitate cõ-
ſcripſit pręcipue ſyllogiçat illaꝫ hoc pacto, indiuiſibile
nõ aliter q̃ꝫ per indiuiſibile põt attingi: intellꝰs attigit
indiuiſibilia. ergo intellꝰs eſt indiuiſibilis. Sed qđ eſt
indiuiſibile, eſt imoꝛtale: intellectus ergo eſt imoꝛtalis.
Secũdus v̾o ſyllogiſmus eſt, intellꝰs cõiungit ſe ſepa-
ratis: qđ ſe cõiungit ſeparatis, eſt imoꝛtale: intellꝰs ergo
imoꝛtalis eſt. Tertius aũt eſt, intellect⁹ coniuncta ſepa-
rat, qđ cõiuncta ſeparat, maxime eſt ſeparatus: intellꝰs
ergo eſt a coꝛpoꝛe ſeparabilis. Eſt igitur imoꝛtalis: hos
ſyllogiſmos ex breuib⁹ Plotini verbis collegim⁹, alia
quę ipſe de imoꝛtalitate aię dicit, p̃termiſimus: ꝙ hos
ſyllogiſmos arbitrati ſumus eſſe pollentioꝛes. Hęc ex
Platonicis ſatis dicta ſint. Alij v̾o nõ minoꝛis auctoꝛi-
tatis viri imoꝛtalitatẽ confeſſi ſunt inter quos Hermes
ab ęgyptijs: inter deos relat⁹, inquit. [Et ideꝫ ex vtraqꝫ
nã moꝛtali, ꝛ imoꝛtali vnaꝫ faciebat naturã hoĩs, eun-
dem. In aliquo q̃deꝫ imoꝛtaleꝫ, in aliquo aũt moꝛtaleꝫ
ferens, ꝛ hũc ferens in medio diuine, ꝛ imoꝛtalis natu-
rę, ꝛ moꝛtalis, mutabiliſqꝫ conſtituit, vt oia videns, oia
miret̃.] Hactenus Hermes. Polytes quidam conſuluit
Apollinem Mileſiuꝫ vtruꝫ ne manet aia poſt moꝛtẽ,
an reſoluat̃: ꝛ reſpõdit his v̾bis. [Anima q̃dem quo ad
vinculis coꝛpoꝛeis tenet̃, coꝛruptibiles paſſiones ſen-
tiens, moꝛtalib⁹ cedit doloꝛib⁹. Cum v̾o humanã ſolu-
tionem velociſſimã poſt coꝛruptũ coꝛpus inuenerit: oĩs
in ęthera fert̃: nunq̃ꝫ ſeneſcens: ꝛ manet in eternuꝫ ſine
pęna.] Hęc Apollo. Cyrus autẽ cum moꝛeret̃: vt Xeno-
phontes refert: hęc filij inquit. [Nolite arbitrari cariſ-
ſimi filij me cũ a vobis diſceſſero, nuſq̃ꝫ, aut nullũ foꝛe:
nec. n. dũ eram vobiſcũ: aiũ meũ videbatis. Sed cuꝫ
eſſem in hoc coꝛꝑe, ex ijs reb⁹, quas gerebaꝫ, intellige-
batis. Eundeꝫ igit̃ eſſe credite. etiã ſi nulluꝫ videbitis: ꝛ
nõ ꝯtent⁹.] Cyrus narratiõe reꝫ ſuã ꝓbat ſignis, ꝛ q̃dẽ
ꝓbatiſſimis. Pꝛio qꝛ non tot honoꝛes clariſſimis viris
exhiberet vniuerſa gens, ſi eoꝝ animi nihil poſt moꝛtẽ
efficerẽt. Scđo qꝛ oẽ, qđ in moꝛte diſſoluit̃, in quodam
reſolui v̾. In qđ aũt aĩus reſoluitur nõ v̾. Tertio quia
ſomnũ moꝛti aliq̃ ex ꝑte ſiłe eſt, in quo aĩus non nihil a
ſuperis diuinitatis ſentit: ꝙ eo tꝑe a coꝛꝑe attollat̃ ad ſu-
peros. g̊ cũ aĩus oĩ ex ꝑte coꝛp⁹ derelinquet: diuinitati pę-
nit⁹ ꝯiunget̃: q̃b⁹ Cyrus cõcludens inquit, q̃re ſi hęc ita
ſũt. Sic me colite, vt deũ. P. Multi ex his, qui ęternas
eſſe aias ſuſpicabant̃, tanq̃ꝫ in cęluꝫ migrat̃ eſſent, ſibi-
ipſis man⁹ intulerũt: vt Cleanthes, Criſippus, ꝛ Zeno.
Empedocles v̾o arbitrãs imoꝛtalitatẽ ſe in ardẽtis ęter
nę specũ intẽpeſta nocte deiecit, vt cũ repente nõ appa
ruiſſet, abijſſe ad deos crederetur. Pꝛotinus ſtoicus, ꝛ
Trembꝛott⁹ ambꝛiacẽſis, cũ Platonis phędonẽ audiſ-
ſent: in quo aĩ imoꝛtalitas ꝓbat̃, ſibiipſis manus intule
runt: vt de his imperijs obligata vita aiaꝫ redimerẽt: ꝛ
ſine coꝛꝑe viuẽtes feliciorib⁹ ꝯtẽplationib⁹ a diuis itel-
lectib⁹ ꝑficerent̃. Auicẽna deniqꝫ ꝓbauit imoꝛtalitatẽ Parti. 5ª.
cõpłib⁹ argumẽtis. 6° ſuoꝝ nãliuꝫ libꝛo. Potiſſimũ q̃a
ſi rõnalis aia coꝛrũpit̃: aut coꝛrũpit̃ aliq̊ agẽte in ipſaꝫ:
illaꝫ coꝛrũpẽdo: aut ipſa ꝑ ſe coꝛrũpit̃, diſſolutis ijs: ex
q̃b⁹ ipſa in ſe cõſtat: aut coꝛrũpit̃ ob materię poᵃᵐ: aut
deniqꝫ coꝛrũpit̃ coꝛꝑe coꝛrupto nõ coꝛrũpit̃ p̄mo mõ.
Alioq̃n ſibi eẽt aliqđ ꝯriũ nec ſcđo mõ: cũ ipſa ſimplex
ſit: nec tertio mõ: naꝫ tũc coꝛrũperet̃, vt cęterę foꝛmę: ꝛ
ita ſaltem ꝯriũ hẽret ſꝫm qualitates: nec tertio mõ: qꝛ tũc
nullaꝫ hẽret p̃ter ſuũ coꝛpus, oꝑationem. aia g̊ imoꝛtalis
eſt. Ex his, ꝛ alijs complurib⁹ ꝑſpicuũ eſt aiaꝫ cum coꝛ-
poꝛe nõ moꝛi, vt Lucreti⁹ ꝛ Põpo. arbitrant̃, cęteriqꝫ
epicurei: ꝛ de imoꝛtalitate hactenus.

¶ Q̄ꝛ rõnalis aia cum coꝛpoꝛe nõ naſcat̃, ſed extriſecus
accedat, pꝛima rõne demonſtrat̃. Cap. XLVII.

ET ſi intellectiuã aiaꝫ cũ coꝛꝑe non naſci ex
eo pateat, ꝙ cum coꝛpoꝛe nõ moꝛiat̃: (naꝫ
qđ cuꝫ coꝛꝑe nõ moꝛit̃: cũ coꝛꝑe nõ naſcit̃,
vt ſtoici aſſerũt:) tñ h̾ ideꝫ ꝓbabim⁹ ꝑtim
eiſdeꝫ rõnib⁹, q̃b⁹ ꝓbauim⁹ imoꝛtalitateꝫ:
ꝑtiꝫ alijs, ꝛ q̃deꝫ efficaciſſimis: quę nõduꝫ ſunt iductę.
Pꝛobabimus g̊ aiaꝫ cũ coꝛꝑe non naſci, tanq̃ꝫ. ſ. ex coꝛ-
poꝛeo ſemine deducta ſit: vt arbitrat̃ Põp. ꝛ Lucreti⁹:
lꝫ añ coꝛpoꝛa facta nõ ſit, vt ſtoici autumãt: qđ nũc ſup-
ponimus: qm̃ ſoluꝫ cũ Põpo. nr̃a vertit̃ diſſertio. Argu
mentamur g̊ nulla aia: cui⁹ oꝑatio eſt ꝑfectiſſime circu
laris eſt cũ coꝛꝑe, ꝛ ex coꝛꝑe naſcẽs: foꝛmę. n. naſcentes
cũ coꝛꝑe ꝛ ex coꝛꝑe cũ oꝑant̃, nõ niſi recta operatione
operant̃: ꝛ ſi qua eſt, quę aliq̃ ex ꝑte circulariter oꝑat̃:
vt ſenſitiua: hęc nõ ꝑfecta circularitate circularit̃ oꝑat̃:
vñ in libꝛo de ſub̃a oꝛbis: ꝛ 2° libꝛo de cęlo Auerroes Cap. 2°.
ait cęleſteꝫ motũ eſſe circulareꝫ, ꝙ ſit aię tm̃: quare oĩs Com. 3°.
aia cui⁹ oꝑatio eſt ꝑfectiſſime circularis: eſt aia tm̃ cui⁹
coꝛpoꝛe nõ naſcens, nec moꝛiens: ꝙ v̾o intellectiuę aię
aliqua operatio ſit ꝑfectiſſime circularis: ex eo pꝫ, qꝛ re
dit ad ſe reditiõe cõpleta. P. Circularit̃ ſyllogiçat ꝑfe-
cta circularitate rediẽs ad p̄nᵐ, e quo ſyllogiçare icepit.
ergo nõ cuꝫ coꝛpoꝛe, ꝛ ex coꝛꝑe naſcit̃. Huic aiaꝝ oꝛdo
aſtipulat̃: naꝫ videm⁹ eã aiaꝫ, cui⁹ oꝑatio nihil circula-
ritatis hꝫ, penitus cũ coꝛꝑe naſci, nihilqꝫ nõ coꝛꝑei hr̃e,

UVA. BHSC. IyR_143_2

vt vegetabilez. Eam vo cuius opatio aliqd circularitatis hȝ: lȝ cũ coꝛpoꝛe, ⁊ ex coꝛpoꝛe naſcat̃: tñ aliqd habet nõ coꝛpoꝛei, vt ſenſualis: eaȝ ergo cui⁹ operatio ſimpl'r circularis eit, lȝ nõ ante coꝛpoꝛa naſcatur: tñ cũ coꝛpoꝛe nõ naſcat̃: nec ex coꝛpe ꝓficiſcat̃ / opȝ. Talis eſt intellectiua aia: naȝ eius opatio ꝑfectiſſime circularis eẽ põt, qñqdeȝ circulariter ſyllogiçare põt, ⁊ ad ſe redire poſt rerũ exterioꝝ cognitionẽ: exit.n. ad extrema: ⁊ redit ad ſe ꝑfecta reditiõe. Plato aũt ſub alys verbis ꝓbat aiaȝ nõ naſci cum coꝛpoꝛe: q2 eſt ꝑfecte ſphęrica: quaſi velit, quia eius opatio eſt ꝑfectiſſime circularis: ſphęricaqȝ. Unde Alcionus ex hoc tanq̃ȝ ex ſigno deducit animaȝ redire ad ſuperos, ex qbus venerat.

℄ Scõa rõ, qua ꝓbat̃ idem. Cap. XLVIII.

PReterea nulla foꝛma cũ coꝛpoꝛe oꝛta / ⁊ ex coꝛpe naſcẽs ſuis actib⁹ prędominari põt, aut libera eſt: naȝ foꝛ^a^ eo libera eſt, quo ſui coꝛpis facultateȝ atqȝ v̄tutẽ excellit: quę.n. oĩ ex ꝑte coꝛpoꝛi ſubmergit̃: coꝛpoꝛi dominari non põt, ſiqdeȝ ipſum ſequit̃, ⁊ illius facultatẽ nõ exuperat. At intellectiua ipſa aia ⁊ ſuoꝝ actuũ dña eſt, ⁊ libera, libereqȝ coꝛpoꝛi imperitat, vt Ariſt. ꝓbat ethicoꝝ p̊mo, ⁊ politicoꝝ p̊mo: ⁊ obſeruatio docet, qa nob̃ p̄ntato quouis appetibili, ip̃m libere velle, ⁊ nolle poſſumus. Ergo itellectiua aia ex coꝛpoꝛe nõ ꝓficiſcit̃: nec cũ coꝛpoꝛe naſcit̃. Aſtipulat̃ huic (vt diximus) foꝛmaꝝ latitudo: cuȝ.n. ꝯm Pompo. intellectiua eſt intra latitudinẽ mãliuȝ: eſt.n. ſimpl'r mãlis: lȝ non nihil imãlitatis habeat. ğ ſimpl'r eſt limitata ad vnũ, veluti cętere, quę ſunt ſimpl'r nãles. Sic.n. Ariſto. 9° p̊me p̄hię libꝛo iter rõnales, ⁊ irrõnales potẽtias dꝛias ſtatuit. nõ ğ eſt intellectiua foꝛma ſimpl'r mãlis, coꝛpoꝛiqȝ ſimpl'r ipꝛeſſa: aliogn nec oppoſitoꝝ oſtenſiua, nec cõtrarioꝝ electiua eſſet: quo fit, vt nec ex coꝛpoꝛe: nec cum coꝛpoꝛe ipſa naſcatur. ⁊ de rõnibus hactenus.

℄ Quid de origine aię intellectiuę ſenſerit Ariſtoteles. Cap. XLIX.

POſt hęc qd Ariſt. ſenſerit de aię itellectiuę origine, ꝓcreatiõeqȝ, diſſerẽduȝ: ⁊ v̄r mihi Ariſt. lib. de aialiuȝ gñõne 2°. de illi⁹ origine dubitationẽ mouiſſe: ꝑpea vbi ipſuȝ habemus quęſitũ feciſſe de aliquo per ſe, nõ op⁹ eſt ꝑ mẽdicata ſuffragia ꝓcedere: quare p̊mo verba ei⁹ de v̄bo ad v̄bũ trãſlata referã: nõ ſequens in re hac Theodoꝛi trãſlatiões. Sũt.n. ampliores q̃ȝ v̄ba Ariſto. expoſcãt: poſtea v̄ba illa diligẽter ꝯſiderabim⁹: ꝺclarãtes Põp. illa nõ diligẽter ꝑlibꝛaſſe. Ariſto. v̄ba hęc ſunt: ⁊ qdẽ de gręco ad v̄bũ. [Et de aia, ꝯm quã dr̃ aial, (aial auteȝ eſt ꝯm ꝑtẽ aię ſenſualem.) Utruȝ ineſt ſemini, ⁊ cõceptui: an nõ: neqȝ.n. tanq̃ȝ inaiatum ponet qs cõceptuȝ, ⁊ ꝯm oẽm moduȝ p̄uatũ vita: nõ.n. minus ⁊ ſemina, ⁊ conceptus aialiuȝ viuũt plantis ipſis: ⁊ ꝓlifica vſqȝ ad aliqd ſunt. Qd̊ qdẽ igit̃ vegetaleȝ aiam habeãt: palam eſt: ꝑꝑ qd aũt ⁊ p̊mũ neceſſariũ eſt hãc accipere, ex his, quę in alys de aia determiauim⁹: ꝑſpicuũ ẽ. Procedẽtes aũt, ⁊ ſenſualeȝ, ꝯȝ quã aial eſt: nõ.n. fit ſimul aial ⁊ hõ: neqȝ aial ⁊ equus. Simil'r aũt ⁊ in alys aialib⁹. Poſterius.n. fit finis (hic aũt cuiuſqȝ gñõnis finis ꝓpꝛi⁹ eſt.) Ideo ⁊ de intell'u qñ: ⁊ qũo: ⁊ vnde ea quę aia ꝑticipãt, ip̃ȝ accipiant, dubitationẽ hȝ plurimã: ⁊ opȝ eniti pro virib⁹, ⁊ quoad fieri põt, accipere. Uegetaleȝ qdẽ igit̃ aiaȝ ſemina ⁊ cõceptus ſeparabiles vȝ po^a^ hr̃e ponẽduȝ eſt: actu v̊o nõ hr̃e p̊us q̃ȝ aliquo mõ cõceptuũ ſeparabiles trahant cibũ: ⁊ agant hm̊ aię opus: pꝛimũ.n. viuere vident̃ hm̊ plantę vitaȝ. Conſequẽter aũt ⁊ de ſenſuali vȝ aia dicenduȝ eſt, ⁊ de intellectuali: oẽs.n. neceũm eſt potentia pꝛius hẽri q̃ȝ actu: neceũm itaqȝ aut cũ non ſint: aduenire oẽs, cũ p̊us fuerint: aut has qdẽ: illas v̊o nõ. Et aduenire, aut in mãȝ: cũ nõ ſint in maris ſemie: aut in hãc qdeȝ inde veniẽtes: ſȝ in maris ſemie: aut extriſec⁹ aduenire oẽs, aut nullã, aut has qdẽ: has v̊o nõ: ꝙ igit̃ nõ ſit poſe oẽs p̊us eſſe: ꝑſpicuũ eſt ex hm̊: quoꝝ.n. p̄n^oꝝ^ opatio eſt coꝛpalis. Manifeſtuȝ eſt, ꝙ hęc ſine coꝛpe ipoſe eſt eẽ vt ambulant ſine pedib⁹: itaqȝ ⁊ extrinſecus ea venire: ipoſe eſt: neqȝ.n. ipſę per ſe eſſe p̄nt: cũ ſint inſeparabiles: neqȝ in coꝛpoꝛe eſſe: ſemẽ.n. excremẽtuȝ mutati nutrimẽti eſt: reſtat igit̃ intell'm ſoluȝ extrinſec⁹ accedere, ⁊ diuinũ eẽ ſoluȝ: nõ.n. cũ ei⁹ opatiõe cõicat coꝛpoꝛalis operatio.] Hactenus Ariſto. ⁊ qdẽ ad v̄bũ, vt in gręcis noſtris codicib⁹ legimus. Ex qb⁹ pȝ p̊mo Ariſto. de origine gñõneqȝ itellectiuę aię feciſſe per ſe quęſitũ / ideo qd de illi⁹ origine fuerit eius opinio, ſatis dilucide ſciri põt. At de illius moꝛte nullibi eum quęſiuiſſe per ſe legiſſe memini me: ꝑpterea de illius moꝛte nõ ita dilucide ſciri põt. Ariſtoteles igit̃ in his verbis quęrit pꝛimo vtrũ ſemẽ in vtero ꝓiectuȝ ſit aiatuȝ: ⁊ inquit, ⁊ de aia ꝯm quã dicit̃ aial: dubitatio eſt vtruȝ ineſt ſemini ⁊ cõceptui: an non: dico ꝯm quã dicit̃ aial: q2 aial eſt ꝑte aię ſenſuali. Reſpõdet ad hanc, ꝙ ſemen in vtero fęmellę emiſſum eſt aiatuȝ, ſalteȝ aia vegetali: ⁊ inquit: neqȝ.n. tanq̃ȝ inaiatuȝ ponet quis cõceptuȝ: ⁊ ꝯm oẽm moduȝ pꝛiuatũ vita: eſt ergo ſolutio ꝙ ſemen in vtero emiſſuȝ viuit, ⁊ affert cãm, cuȝ inquit: non eniȝ min⁹ ipſis plantis ⁊ ſemina ⁊ cõceptus ipſi viuũt, nec minus pꝛolifica ſunt ipſis plantis: imo cũ ſunt in vtero creſcunt ⁊ ꝓlem ipſaȝ cõficiunt, foꝛmantqȝ vſqȝ ad certum ſtatutumqȝ terminũ: ꝑpterea cõcludit, hęc cum in vtero mulieris ſunt, habere vegetabileȝ aiaȝ: deinde quaſi ſe excuſans ab alia. q. obiter occurrẽte: inquit: ꝑpter qd aũt ⁊ p̊muȝ neceſſariũ eſt hãc accipere, hoc eſt ante ceteras alibi. ſ. 2° de aia ſe dixiſſe affirmat: deinde totaȝ ſoſonẽ adimplens, inquit, ꝓcedentes aũt. ſ. cõceptus, vel procedẽte tẽpoꝛe, accipiunt ⁊ ſenſualeȝ ſcõo loco. Scõm quã aial eſt. Theodoꝛus v̊o habet ⁊ rõnalem: quia illa tertio inducit̃. Qd̊ verbũ foꝛtaſſe in ſuo libꝛo habebat: vt arbitroꝛ: naȝ Ariſto. aſſignans cãm, inquit: nõ eniȝ fit ſimul aial ⁊ hõ: neqȝ ſimul aial, ⁊ equus. Simil'r auteȝ ⁊ alys aialibus: nõ eniȝ fit ſimul aial, ⁊ aliqd̊ eoꝝ. In qb⁹ verbis dedit nobis intelligere intellectiuaȝ animã vltimo aduenire: cuȝ dixit: nõ eniȝ fit ſimul aial ⁊ hõ: ꝑpterea recte Theodoꝛus illud addit: vel q2 ſic habebat in ſuo libꝛo: vel quia ita opȝ ſupplere: ⁊ rurſus affert cãȝ oꝛdinis: ⁊ inquit, poſterius eniȝ fit finis: dico de fine: qui cuiuſqȝ gñõnis ꝓpꝛius eſt, nã cõis finis pꝛius eſt. Hęc eſt ſoſo p̊me dubitationis: ex qua pȝ aiaȝ intellectiuã vltio aduenire, eſſeqȝ foꝛmã coꝛpus humanũ infoꝛmantẽ ꝯ Auerroiſtas: deinde mouet. q. de origine aię itellectiuę: de qua dixit vltimo aduenire, vtruȝ veniat ex ſemine, cum ipſo coꝛpoꝛe: an accedat extriſecus creata ab ipſo deo: ⁊ inquit, ⁊ ideo de intellectu, qñ, ⁊ qũo ⁊ vnde ipſa ſemina, quę diximus aia ꝑticipare, ipſuȝ accipiant: dubitationẽ: habet plurimã quaſi vltra captũ humanum elatam: dixit qñ qa vtrum vltimo poſt ſenſitiuã: vt dictuȝ eſt, dixit qũo, quia dubiuȝ eſt vtrũ veniat ex ſemine, vt cętere: ⁊ dixit vnde, qa an a deo, an a cęlo. Pȝ aũt hic eum per intellectũ nõ animę partẽ, ſed totã intellectualem animã intellexiſſe. naȝ de tota pręceſſit dubitatio: ⁊ de tota loqt̃ in ſoſone p̄ntis qõnis. Pro ſolutione ergo p̊mo pręmittit nõ dicere, qd̊ verũ eſt, ſed pro viribus, quãtuȝ eſt in ſuo poſſe: vnde iquit, ⁊ opȝ eniti accipere de hac. q. nõ quid eſt, ſed pro virib⁹, ⁊ quoad fieri põt. Ex quibus verbis pȝ qõnem hãc Ariſtoteli fuiſſe

Aduenire ἐπίνεσθαι cõtingere.

Cap. 3°.

Cyemati κυήματι cõceptui fętui.

προϊόντα ꝓcedẽtes, procedẽte tempoꝛe.

Intell'uali noetica νοητικῆς.

UVA. BHSC. IyR_143_2

perdifficilez. Sc̄do p̄mittit ſolonē p̄oris.q.tãq̃ ſuppo/
ſitionē:⁊ inq̃t vegetalez q̃dē igit̄ aīaz ſemia,⁊ ſeparabi/
les cōceptus,qui.ſ.ſunt ſeparati a generante, ⁊ in vtero
emiſſi:habere vz poᵃponēduz eſt:eſt ḡ ſuppoſitio ſemē
in vtero emiſſuz poᵃ hz aīaz vegetabilez:ſz vr̄ ſibi ꝯrīꝰ:
naz dixit illaz hr̄e actu:quaſi rn̄dens inquit:actu v̄o nō
hr̄e p̄us,q̃ eoꝝ cōceptuū,qui ſeparabiles ſunt, ⁊ emiſſi
iam in vtero,aliquo mō cibū trahãt,⁊ agant talis vege
tatiuę aīę opus:⁊ ſic tollit̄ ꝯdictio:ꝓptera cōplens ſup/
poſitionē,p̄mū inq̃t hꝰ ſemia viuere vident̄:plãtę vitã.
Sed nō eoipſo:quo in vtero emittunt̄:ſz paꝝ poſt.Cō/
ſequēter autē ⁊ de ſenſuali vz dōm eſt.ſ.ꝙ ſemen viuat
ſenſualez vitã ſc̄do loco:⁊ vltimo de itellectuali dicere
opz,ꝙ.ſ.ſemē vltimo viuat intellectualez vitã.Eſt ſup/
poſitio ꝙ ſemē p̄mo vegetalez:ſc̄do ſenſualez:tertio in/
tellectualez vitã viuat.Ubi pz eū ꝑ intellm̄ aīaz intelle
ctualem intellexiſſe:alr̄ ſuppoſitio nō eēt ad ꝓpoᵐ.Pz
2ᵒ eū velle itellm̄ eē formã humanū corpꝰ informãtez.
Cuiꝰ ſuppōnis aſſignat cãz,⁊ inq̃t : oēs.n.nec̄iuz eſt poᵃ
p̄us hēri,q̃ actu:nō.n.ſemini accidūt, niſi p̄us accidere
poſſint:neqz p̄us hn̄tur, q̃ hr̄i pn̄t. His p̄miſſis accipit
diuiſiōes,vt eligat qḋ q̄rit:⁊ inq̃t, nec̄iuz itaqz eſt aut
oēs aduenire,cū p̄us nō ſint:aut oēs aduenire, cū prius
ſint:aut has q̃dē aduenire p̄us exiſtētes,illas v̄o nō p̄us
exiſtētes:deinde ponit ſc̄daz diuiſionē,⁊ inq̃t:⁊ ſi adue/
niunt,ſupple oēs,cū p̄us non ſint:aut nec̄e eſt eas adue/
nire in mãz:cū nō preſint in maris ſemine vllo mō:nec
actu:nec poᵃ : aut nec̄e eſt in hãc mãz aduenire q̃dē ide
veniētes.ſ.in maris ſemie. Eſt ḡ ſc̄da diuiſio:ſi veniunt
oēs aīę in ſemē ipſę nō p̄us exiſtentes:neceſſe eſt aut vt
poᵃ habeant̄ in ſemine,aut nullo mō ſint in illo.Tertia
diuiſio eſt dato ꝙ ipſę eueniūt nō p̄us exn̄tes, nec̄e eſt,
aut extrinſecꝰ aduenire oēs.ſ.per creationē, aut nullaz,
aut has q̃dez ſic:illas v̄o nō. His diuiſionibꝰ p̄miſſis, ꝓ/
cedit ad ſolonē,⁊ inquit:ꝙ igit̄ nō ſit poſſe oēs p̄us eſſe:
ꝑſpicuū eſt ex rōnibꝰ hꝰ:quoꝝ.n.p̄ncipioꝝ atqz foꝛaꝝ
opatio eſt corꝑalis:hęc forᵃ,⁊ hęc ipſa p̄nᵃ ſine corpore
eē nō pn̄t:vt qm̄ ambulant ſine pedibꝰ eē nō pōt:ideo
virtꝰ ambulatiua nō eſt ſine corpore:itaqz(vt inquit)⁊
extrinſecꝰ ea venire ipoſſe eſt:dicet q̃s eas p̄eſſe an̄ cor/
pora.Rn̄det:nō.n.inq̃t,ipſę ꝑ ſe eē pn̄t:cū ſint inſepara/
biles ⁊ non an̄ corꝑa factę, vt Plato inq̃t:neqz in corꝑe
eē actu:vel migrãdo de corꝑe in corpꝰ, vt pitagorici:vl̄
latitãdo vt Anaxagoras inq̃t,qui poſuit eas latitare:qꝛ
(vt dicit)ſemē eſt mutati cibi excremētū:qḋ antea nul
lam hz aīaz.Sic igit̄ pz aīas nō eē factas an̄ corꝑa,ſed
fieri de nouo:⁊ qꝛ nō oēs ex corpore veniūt:ideo abſol/
uens.q.inq̃t:reſtat igit̄ itellm̄ ſoluz extrīſecꝰ accedere,⁊
diuinū eē ſoluz.Eſt ḡ ſol. intells̄ nō eſt factꝰ an̄ corpꝰ,⁊
nō venit ex corꝑe.ḡ venit extrinſecꝰcreatꝰ a deo:⁊ repli
cans rōnez,inq̃t:nō.n.cū eiꝰ opatiōe cōicat opatio cor/
poralis:qm̄ itelligere nō depēdet a corpore,vt a ſubto:
⁊ ꝓpterea nec itellectiua aīa venit ex corꝑe vt a ſubto.
Hęc ſunt,quę ex v̄bis clariſſime colligunt̄ de aīa itelle/
ctiua.Pz.n.ipſam vltimo venire in corpꝰ, ⁊ nō venire,
vt cęterę veniūt ex ſemie eductę:⁊ venire extrinſecus a
deo:⁊ ita pz qn̄,qūo,⁊ vn̄ ipſa in ſemē veniat:qn̄,q̃a vl/
timo veluti cęteraꝝ ꝓprīꝰfinis:qūo,q̃a nō ꝑ modū,quo
cęterę naſcunt̄:vnde,q̃a extrinſecus ab ipſo deo.

¶ Cauillatōes Auerroiſtaꝝ ⁊ Pōp.hic refutãt̄.Ca.L.

Cauillare enitunt̄ nōnulli Auerroiſtę ea,q̄
hic dic̄ Ari.ꝓ ꝙ nō de tota aīa Ari. loquat̄:
qua hō eſt hō:ſed de intellu:qui eſt ꝑs aīę:
naz humana aīa ꝯſtat ꝑte dianoetica ex ſe/
mine deducta : ⁊ intellu accedēte extrīſecꝰ
humano corpori:cū in eo dianoetica accidit,quę cogita
tiua dr̄ ab Auer.Sc̄do ꝙ dato ꝙ de tota itellectiua aīa
loquat̄:illa eſt infima itelligētiaꝝ:quę nō ꝯtingit hoi ꝑ
informationē,ſz ꝑ opationē mediantibꝰ phãtaſmatibꝰ.
Quoꝝ p̄ᵐ eſt delirametūz:nam tã in p̄ᵃ q̃ in 2ᵃ dubita/
tiōe loq̄t̄ de vniuerſa aīa:cū dicat nō ſiſ eē hoiez ⁊ aīal:
ſed p̄us aīal ꝑ ſenſualez:vltimo hoiez per itellectualez
aīaz.P.Aſſignãs ordinē,quo illę ſeminibꝰ ꝯtingunt,di/
cit p̄mo vegetalez,ſc̄do ſenſualez, vltimo noeticã h̄ eſt
intellualez ꝯtingere:cuiꝰordis cãz affert ex eo,qꝛ oēs h̄
pacto poᵃ hn̄tur:in vegetali poᵃſenſualis eſt:in ſenſuali
intellualis aīa.ḡ cū deducunt̄ ad actum p̄us vegetalis,
poſtea ſenſualis:⁊ vltimo( vt finis intellualis aīa ꝯtin/
get:)ecce ꝙ nō de ꝑte:ſz de vniuerſa aīa loq̄t̄ Ariſt.P.
In diuiſionibꝰſemꝑ loq̄t̄ vniformiter de aīabꝰ ſenſua/
li/⁊ vegetali.ḡ nō eſt ꝯſonū eū in cęteris aīabꝰ loqui de
ꝑte:cū ſemꝑ loquat̄ de vegetali,qua planta eſt,⁊ ſenſua
li:qua aīal eſt,⁊ intelluali qua eſt hō. Ex his igit̄, ⁊ grę/
cis v̄bis:pz eū loqui de tota intelluali.Sc̄da v̄o cauilla/
tio delet̄ ꝙ Ariſto.acceperit vl̄ez illaz ꝙ oēs aīę.ſ.p̄us
potētia hn̄tur q̃ actu, ⁊ nunq̃ actu niſi fungant̄ animę
officio:vbi pz eū loqui vniformiter de cęteris,⁊ de itel/
lectuali.nō ḡ pōt in cęteris loq̄ q̄ ad vnionē ſz eē:in itel
lectuali quo ad vnionē ſm̄ opationē.P. Copulatio ſm̄
opationē nō eſt gn̄atio,at ipſe loq̄t̄ de gn̄atione aīaꝝ/⁊
aīaliuz:vt ꝓponit exp̄ſſe.P. Modus quo nobis copu/
lat̄ intells̄,nō ad huc librū ſpectat:ſz ad librum de aīa.
P.Si copularet̄ nobis ꝑ phãtaſma,nō extrinſecꝰ acce
deret,ſz itrinſecꝰ:cū phãtaſma ſit corporea res exn̄s in
nobis.P.Ari.loq̄t̄ de vegetali:qua planta eſt,⁊ de ſen/
ſuali,qua aīal eſt,⁊ de itellectuali,qua eſt hō:vt ꝓbatuz
eſt.ḡ per intellualez hō eſt formalr̄ hō:⁊ ita erit forma
formalr̄ humanū corpꝰ iformãs,vt vegetalis plantã:⁊
ſenſualis aīal.Pompo.v̄o cauillat ex eo ꝙ Ariſto.intel
ligit mentē venire extrīſecꝰ, quatenꝰ ſimplr̄ mens eſt,
nō quatenꝰ humana:vel ſi vt humana : intelligēduz eſt
nō abſolute,ſz ꝙ in ordine ad ſenſitiuã,⁊ vegetatiuam
magis diuinitate ꝑticipat. Sz cauillatio hęc mihi clare
ſign̄at eū locū illuz nō legiſſe:ſz forſitan relatū locū re/
tulit.Ariſto.n.nō alr̄ loq̄t̄ de mēte : q̃ de cęteris aīabꝰ.
loq̄t̄ aūt de vegetali,qua plãta eſt,⁊ de ſenſuali,qua eſt
aīal,⁊ de intellectuali,qua eſt hō : cū dicat nō ſiſ eē aīal
⁊ hoiez,dicat ēt intellectualez aīaz vltimo induci,vt cę/
teraꝝ finē.P.Ari.de gn̄one mētis in nullo alio loco me
minit,⁊ hic ꝓponit de illiꝰ gn̄one, mō mens nō gn̄atur
niſi,vt humana.P.Si dicit illaz extrinſecꝰaccedere re/
ſpectiue:ad q̃d eiꝰ ꝓbatio valeret,in qua ſupponit eius
opationez eē ſine corꝑe.P.Ad q̃d tot diuiſiones,in q̃bꝰ
voluit hr̄e aīas nō eē an̄ corpora factas,⁊ nō oēs in cor/
poribꝰ ortas. Si loqueret̄ in ſolone illa reſpectiue:ne/
ſcio ad q̃d tantopere elaborauerit declarare cęteras ve
nire intrinſecus,⁊ ſoluz mentē extrinſecꝰ:nō.n.eſt v̄bis,
nec rōni cōſonuz eū velle cęteras venire itrinſecꝰ abſo
lute/mentē aūt ſolaz extrinſecus reſpectiue:cuz tam in
illis,q̃ in mente loquat̄ de aduentu ſimplr̄:ſed imora/
ri in hoc eſt ſuperfluū:naz huius cauilli deprauatio ex
ſola verboꝝ inſpectione deprehendit̄. Ex his apparet
primo animã intellectualez cū corpore nō mori:ſi eniz
ex illo,⁊ cuz illo nō naſcit̄, ex illius corruptiōe nō mo/
ritur.Secūdo pz ipſam cū corpore ⁊ ex corpore nō na/
ſci:ſed extrinſecus ſemini humano cōtingere : nō autez
expoſuit e quo:ꝓpter Platonez:qui in re hac nūc dicit
illam venire a deo:nunc a dijs ſecūdis : nunc ab anima
mundi:tamē in libro de ꝓprietatibꝰ elemētoꝝ explica/
uit,quod hic non expreſſit,dixit enim eam fieri ab ipſo

UVA. BHSC. IyR_143_2

deo in ſemine: ⁊ de gñatione ⁊ moꝛte animę hactenus.

¶ De rõnibus quas Pompo. cõtra opionē eius induxit hic diſputaẗ p̃ma: ⁊ declaraẗ, an quia aia recipit imãl'r: ſit ſimpl'r imaterialis. Cap. LI.

Cap 7°. Com. 4°. His dilucidatis, nũc ad aliquas rõnes veniē duz eſt: quas ꝯ ſe Põp. inducit. Et p̃ de illa diſſerēduz erit: qua Auerroes lib. de aia 3° vtiẗ / vz ſi intell's eſt ſimpl'r mãlis. ğ nõ itel ligit oēs foꝛas mãles, tenet argu^m, q2 opz re
Cap. 10. cipiēs eē denudatũ a ſpecie recepti. Rñdet Põp. itell'z eē foꝛmã ſimpl'r mãlez. ẜm qd vͦ imãlem. Nõ ex ea pte, qua imãlis eſt, põt oēs mãles recipe, ⁊ ſe ēt itelligē ſaltē intelligēdo alia: q̃re põt oēs mãles foꝛas itelligē: rõ ğ ꝯcludit eũ eē ſoluz ẜm qd imãlez. Sed ꝯ ſe obycit Põp. p̃: q2 ipſa aia eē nõ hz niſi in mã mediãtibꝰ q̃lita tibꝰ p̃mis, ⁊ q̃ntitate: ſz cũ opari ſeqnaẗ eē. ergo ſine illis opari nõ põt. Scđo vͦ q2 coloꝛis ſuſceptiuũ eſt, qđ ſine
T. cõ. 71. coloꝛe, ſoni aũt abſonum: vt 2° de aia libꝛo dr̃. Ubi oēs aſſerũt diaphanũ ⁊ pupillã ad h, vt coloꝛē recipiat, nõ ſoluz nõ debē eē coloꝛē, ſz nec coloꝛi ꝯiunctiz: q̃re ſi itel lectiua aia dz recipe oēs foꝛas mãles, nedũ dz eē imã lis. Sz nulli foꝛmaꝝ mãliuz ꝯiuncta: q̃re nõ põt eſſe in
Cap. 10. mã cũ q̃litatibꝰ, ⁊ q̃ntitate. Refellit Põp. has obones: q2 ẜm vitatē ⁊ pñſitionē. Thomę aia intellectiua eſt in mã ꝑ q̃le ⁊ q̃ntũ. ğ ſine illis opari nõ poterit: ⁊ ita tenen tes aiaz eē ſimpl'r imãlē cogũẗ rñdere ad has obiectio nes: ſic̃ ipſe q tenet illaz eē ẜm qd imãlez: ⁊ ſimpl'r mã lez. Propterea rñdet ad p̃mã obiectionē bñ itellectiuã aiaz opari nõ poſſe ſine diſpõnibꝰ, quēadmodũ nec eē ſine illis: nõ tñ ſeqẗ ipſaz ꝑ tales diſpõnes itelligē: ſed ꝑ ſpēs reꝝ, a rebꝰ exoꝛtas: ſic̃ lz viſus nõ poſſit eē ſine ca lido / nec opari qn ſit in calido: tñ ꝑ calidũ nõ videt: ſz ꝑ ſpēs coloꝝ. P. Dicit ꝯ ſcđaz ṽtutē ſimpl'r mãlē: quę eſt ẜm qd imãlis: nõ ipediri a cogne ꝑ alterĩꝰ mãlis coexi ſtentiã: ſic. n. viſus coloꝛes nõ cognoſceret: naz viſui co exiſtũt alię q̃litates: ſz bñ ꝑ coexiſtētiã illoꝝ imãliũ ipe diẗ a cogne eoꝝ: quoꝝ ipſe eſt ꝑceptiuꝰ: per rubedinez eniz ſi illi coexiſteret, a cęteroꝝ coloꝝ cogne ipedireẗ: naz rubedis eſt ꝑceptiuꝰ: quapp ſi intell's eēt pura foꝛ^a mãlis: cũ oiuz foꝛaꝝ mãliuz eſſet ꝑceptiuꝰ, ipedireẗ ab illaꝝ cogne. At ipſe imãlis eſt ẜz qd, ꝓpea ꝑ coexiſtētiã foꝛmaꝝ mãliuz nõ ipediẗ: nã alterĩꝰ rõnis ſunt mãle ⁊ imãle: intell's eteniz agens nõ ipedit poĺez a receptione ſpēꝝ, quãtũcũqz ꝑficiat poĺem: vt Auer. inqt 3° de aia:
Cõ. 4. ⁊ 5. hęc Põp. de illa rõne. Sed lz illa rõ, vt ipſaz oꝛdinauit Auer. foꝛtaſſe nõ ſit demr̃atiua: vt i cõmētarys nuper rime ęditis, quę in libꝛis de aia ꝯfecimꝰ, aptiſſime dilu cidauimꝰ: tñ ſi rõ ꝯſidereẗ, eſt Ari. in 2° de gnõne. ⁊ mi roꝛ ꝑfecto, cur Põp. qui ſe tãtopere iactat in Ariſtoteli
T. cõ. 44. cis rõnē hãc nõ olfeciſſet. Ariſto. n. eo loco: argumētaẗ. Si aia eſt ignis, paſſiões erũt ei, quęcũqz igni: quatenꝰ ignis: ⁊ ſi aia eſt miſcibile ꝗppiã: paſſiones erũt coꝛpa les: ſz opatio aię nulla eſt coꝛpalis. ğ aia nõ eſt qd miſci bile. Hęc Ariſto. ad ṽbũ. Certũ eſt Ari. hãc ꝯñtiã nõ va lere, niſi ſuppo^oe ad mētez antiquoꝝ aiaz eſſe in miſto depēdēter: h. n. ſuppo^to ſeqẗ: aia eſt in miſto. ſ. qd miſci bile depēdēter. ğ eiꝰ opatio eſt coꝛpalis depēdenter. ſ. a coꝛpe depēdēs in eē, ⁊ ꝯſeruari, veluti a ſubo: nã opõnē eius depēdere a coꝛpe, vt ab obto: ꝓhibz nihil. Redu co ğ ꝯñtiaz hãc ꝯ Põp. opionē. Aia ẜz eũ ē in coꝛpe de pendēter, eo q2 ẜm eũ eſt ſimpl'r mãlis. ğ eiꝰ opatio eſt coꝛpalis, h eſt depēdens a coꝛpe, vt a ſubto. Ualet autē hęc ꝯñtia ꝯ Põp. ſic̃ illa ꝯ veteres: naz valet ꝑ hanc: ois opatio, cuiꝰ foꝛa dependet a ſubto coꝛpe, eſt coꝛpoꝛea, h eſt depēdens a coꝛpe, vt a ſubo, Ariſto. ꝯñs arbitraẗ eē abſurduz. ğ ⁊ añs: q̃re abſurduz erit aſſerere ad mentē Ariſto. aiaz eē ſimpl'r mãlez: naz h cõceſſo: erit eiꝰ opa tio coꝛpalis, ⁊ a coꝛpe vt a ſubo depēdēs. P. Hęc ꝯñtia eſt Ari. lib. de gnõne aialiuz 2°, vt ſupius fidel'r eiꝰ ṽba Cap. 3°.
trãſtulimus. Illic. n. has duas regl'as iſinuauit. Primaz p̃nª, quoꝝ opatio eſt coꝛpalis: ipſa ſine coꝛpe eē nõ pñt. Scđaz vͦ p̃nª, quoꝝ opatio nõ eſt coꝛpalis: illa ſũt ſine coꝛpe. Ex ſcđa regl'a ifert aiaz intellectiuaz extrinſecus accedere: naz cũ eiꝰ opatio e coꝛpoꝛe nõ depēdeat, vt a ſubto. ğ aia nõ naſcitur de coꝛpe. accedit ğ extrinſecus. Reduco ğ hãc ꝯ Põp. Opatio intellectiuę aię nõ depē det a coꝛpe, vt a ſubto. ğ nec aia ipſa. Quare valebit, ſi aia eſt ſimpl'r mãlis, ⁊ a coꝛpe vt a ſubto ſimpl'r depen dens, nec itelliget oia / niſi coꝛpoꝛa: nec eiꝰ operatio erit niſi coꝛpalis. Si ğ dz oia intelligere ⁊ qdez imãl'r, atqz vl'iter: opz eã eē ſimpl'r indepēdentē a coꝛpe / atqz imã lez: ecce q̃o hęc rõ / quã Põp. refutare enitebaẗ eſt ad ṽbũ ipſius Ari. Quę vͦ dixit ꝯ rõnez hanc, nõ cogunt. Primũ qdez nõ: q2 lz aia dũ eſt in coꝛpe, egeat diſpõni bus coꝛpoꝛeis: tñ pꝛo ſuo eã ſimpl'r illas nõ reqrit: ⁊ cũ opatio ſeqnaẗ ipſaz quo ad eē ſimpl'r, ⁊ nõ quo ad eē in mã: qđ eſt eē ẜm qd: iure põt opari opõne ſimpl'r imã li: lz ẜm qd ſit mãlis, ſicuti ⁊ ipſa aia. Nec ē veꝝ Tho mã velle aiaz pꝛo ſuo eē ſimpl'r reqrere coꝛpoꝛeas diſ poſitiões: ſz ſoluz pꝛo ſuo eē ẜm qd: qđ eſt eē in mã: nec quę de viſu addit, ſunt ad ꝓpo^m: nam viſus lz videat ꝑ ſpēs, eiꝰ opatio ē ſimpl'r mãlis: qm̃ nõ eſt, niſi in calido: ſil'r ſi itell's eēt in mã ꝑ diſpõnes, ſine qbꝰ nullatenꝰ eē poſſet, lz itelligeret ꝑ ſpēs, eius opatio, vt dicit Ari. eſſet ſimpl'r mãlis. Qđ vͦ ſcđo ſubiungit, ꝯ Ari. eſt, naz virtꝰ coexiſtēs vni mãli, nõ ipediẗ a cogne alterĩꝰ mãlis gñe differētis: ſz dupl'r ipediẗ ⁊ cognitione, ⁊ in mõ cogno ſcēdi: in cogne qdez: q2 nõ põt cognoſcē, aliđ mãle eiuſ dez ſpẽi: nec poſſz cognoſcē mãlia imãl'r: ſz ſimpl'r mã liter: ſic̃ ipſa eſt ſimpl'r mãlis. Si ğ aia eēt ſimpl'r mã lis reqrēs pꝛo ſui eē ſimpl'r, q̃litates p̃mas, nõ poſſet co gnoſcē p̃mas q̃litates eiuſdē ſpẽi cũ illis, nec illas poſſz cognoſcē imãl'r: cuiꝰ ꝯ̃riũ docet obſeruatio: aia. n. mea q̃ pꝛo ſui eē ſimpl'r nõ reqrit a / calidũ, ⁊ lz frigidum, põt intelligē calidũz ⁊ frigiduz equi: quę ſũt eiuſdē ſpẽi cuz a / ⁊ licet: ⁊ illa intelligē ſimpl'r imãl'r, intellectiõe. ſ. non depēdēte a coꝛpe, vt a ſubto. hac rõne intell's agēs non ipedit poſſibilē: q2 differt gñe, ⁊ ſpecie a cęteroꝝ notio ribꝰ. Ex his appet efficacia rõnis, vz ſi aia eēt in coꝛpe, vt ſimpl'r foꝛª ab illo depēdens, illa nõ intelligeret oia, ⁊ omne qđ itelligit mãl'r intelligit. Que ſi pꝛolibꝛaſſet Pompo. in opionez eius detruſus nõ eſſet.

¶ Roboꝛatio cęterarum duaꝝ rõnuz, quę eius libelli caº 7° componunẗ. Cap. LII.

Ex hiſce appet cęteraꝝ rõnũ confirmatio. Naz vbi itell's eēt ſimpl'r mãlis: ſpēs erũt ſimpl'r mãles: modo ſicut lz ſpēs in cogita tiua ſit imãlioꝛ eadem ſpecie in ſenſu cõi: repñtare vl'r põt nihil, (qm̃ oēs illę virtu tes ſunt eiuſdē oꝛdis: ⁊ ſimpl'r mãles:) ita cũ intell's nõ exeat latitudinē mãliuz, lz ſit in infimo gradu totĩꝰ lati tudis illaꝝ: nõ põt recipe ſpēz niſi eiuſdē latitudis atqz mãlitatis cũ ſpēbꝰ cęteroꝝ ſenſuũ: ⁊ ita erit ſpēs in itel lectu ſenſibilis, lz paululuz altioꝛ: quę Ari. dicē nõ arbi troꝛ: naz ſic teneri poſſet eiꝰ opationē eſſe coꝛpoꝛalez / lz ſpiritualioꝛē cęteris: ⁊ per ꝯñs poſſet ex coꝛpoꝛe naſci: ⁊ in coꝛpoꝛe miſto eſſe: quę oia abſurda Ariſto. reputat. Ulterius cũ ait intell'm recipi in quãto: ⁊ ſpeciez nõ eē quãtã, cõtradicit famoſis Auerrois p̃ncipys, ois foꝛª re cepta in ſubto q̃nto, ſ. ꝑ depēdētiã ab illo: eſt diuiſibilis,

UVA. BHSC. IyR_143_2

quare intelľs erit q̄ſtus, ⁊ ſpēs q̄ſta: ⁊ ita itelligibile erit
phātaſma: ⁊ nō vľe. Ceteras vͦ rōnes, quę eodez capite
tāgunt̄ cū nō ſint Ariſtotelicę, bona frōte p̄termiſimꝰ.

¶ Prima rōnuz eaꝝ hic diſputat̄ quę cōtra ſe a Pōp.
inductę ſunt cap̄. 14. vbi ꝙ anima ſit beatitudinis ca-
pax probatur. Cap. LIII.

ERat argu$^{m}$, qđ ꝯ ſe Pōp. ipſe ꝯfecerat, aia
eſt capax btitudinis. g̊ imoꝛtalis. añs pz: qꝛ
nāli deſiderio illā appetit, quā nō appete-
ret, niſi illiꝰ eſſet capax. g̊ aia eſt imoꝛtalis.
Diffuſe aūt Pomp. hāc refellit, ⁊ bꝛeuibꝰ,
vult aiaz nō eē illiꝰ btitudis capacē, q̄ deꝰ ipſe eſt fęlix:
cū nāli deſiderio illā nō appetat. Finis. n. dz eē ei ꝓpoꝛ-
tionatꝰ, cuiꝰ eſt: at nō ē ꝯſonū rōni finē dei eē hois. Pro-
pterea ait finē eſſe cog̃nez reꝝ: q̄lis eſt ſibi poľis: ⁊ triū
intellectuū participationē, factiui vz pꝛactici, ⁊ ſpecula-
tiui: nec hō in deſiderÿs tēperatꝰ dz vltra hunc finē ali-
qd appetē: q̄ñqdez illud nō eſt ei poľe: ſz qꝛ diffuſe rñ-
det, hęc ſufficē arbitramur. Sz pace viri dixeriz, hęc q̄
ipſe dicit: euidētiſſime refelli pn̄t. Supponēdo p̊ beati-
tudinē eē dei cog̊nez, qua ipſe deꝰ cognoſcit̄ in ſe cogni-
tione. ſ. quę eſt ipſe deꝰ: vt ſupius determiauimꝰ: hac. n.
btitudine deꝰ: cętereq; itelligētię ſunt beati. Scđo ſup-
pono nullaz po$^{as}$ appꝛehēſiuā cognoſcē ꝯfuſe vel diſti-
cte bonū ſupioꝛis po$^{e}$ cognoſcitiuę, qn nāľr illud appe-
tat: videmꝰ. n. viſuz nō appetē bonū ſenſus cōis, qm̄ nō
appꝛehēdit diſtincte, vel ꝯfuſe bonuz illiꝰ: nec cōis ſen-
ſus appetit bo$^{m}$ phātaſticę: nec phātaſtica bonū dianoe-
ticę: nec dianoetica bonū intelľs, qm̄ iferioꝛ apphēſiua
nec cōfuſe, nec diſtincte appꝛehēdit qd ſit bo$^{m}$ ſupioꝛis
appꝛehēſiuę. Experimur āt humanā viſiuā nāľr appe-
tere videre ſolez: q̄ľr eū ꝓſpicit aquila: naz ſaltez ꝯfuſe
cognoſcit bonū viſiuę aquilę eē in videndo ſolez, ſicut
ille eſt viſibilis. Eſt g̊ ſuppoſitio, inferioꝛ po$^{a}$ cognoſci-
tiua bonū cognoſcitiuę ſupioꝛis nāľr appetit, quotiens
illud qd ſit ꝯfuſe ſaltē appꝛehendit: hęc eſt experimēto
cōpꝛobata. At ſermonū veroꝝ experimētū eſt, vt ꝯfoꝛ-
ment̄ ſenſatis: nec ꝓbare volo aľr hāc, cū ſit q̄ſi p ſe no-
ta: ⁊ ꝯ eā nulla ꝓꝛſus fieri pōt inſtātia. Ex his argumē-
toꝛ meo iudicio ꝯ rñſionē demr̄atiue: intelľs humanus
cognoſcit ſaltē ꝯfuſe ſummū bonū dei, ⁊ oiuz itellectuū
ſupioꝝ: pz ex pꝛima aſſumptiōe, qꝛ illud deſcribit, ⁊ qd
ſit, ⁊ q̄uo ſit: qđ nō faceret, niſi ſaltē ꝯfuſe illud appꝛehē-
deret. Ergo ex 2$^{a}$ ſuppōne illud nāľr appetit: qđ ſi illud
nāľr appetit: illiꝰ nāľr nr̄ itelľs erit capax: ſz cū nō poſ-
ſit illiꝰ eē capax, niſi ſit imoꝛtalis. pz g̊ ex btitudine aiaz
eē imoꝛtalez: ⁊ h̄ pacto refutata ſit Pōpo. rñſio.

¶ Suppoſita animi moꝛtalitate nemo moꝛti quouis in
caſu exponere ſe debet: vbi de foꝛtitudine multa nota: ⁊
an virtutes ſint expetibiles pꝛopter ſe, an illarum pꝛę-
mium ſit imoꝛtalitas. Cap. LIIII.

MAgna qđ ſemp fuit. Utruz ai moꝛtalitate
ſuppoſita, ſtare poſſit vltimꝰ foꝛtitudinis
actus, q eſt exponē ſe moꝛti, quoties rō di-
14°. ctauerit: vt Pōp. aſſerit eodē capite, cū re-
fellit rōnē ſcđaz: ⁊ vr̄ p̊a frōte ꝙ ſic: qꝛ Ari.
aſſerit foꝛtē ſe debere moꝛti exponē, etiā ſi nihil adhuc
moꝛtuis vr̄ / nec bonū / nec maluz eē: vbi expſſe moꝛtuis
nullū maluz, aut bonū aſſignat: ⁊ tn̄ p̄cipit foꝛtē debere
ſe moꝛti exponē. g̊ cū ai moꝛtalitate ſtat foꝛtitudo. Pro
hac ꝑte boni phi argumētāt̄: p̄mo qꝛ vita bꝛeuis, ⁊ me-
lioꝛ, longa eſt magis eligēda: vita. n. elephāti magis eli-
gēda eſt vita moꝛtis: ⁊ hois vita bꝛeuioꝛ magis vita ele-
phāti: ſz moꝛi cū ṽtute bꝛeuioꝛ vita eſt, ⁊ melioꝛ q̄ꝫ viuē
cū miſeria. g̊ foꝛtis, q bꝛeuē vitā viuit, eligē illaz magis
dz, q̄ꝫ fugiēs moꝛtē: cū viuat turpiꝰ. P. De malis minus
maluz eſt eligēdū: ſz humanā nāz oꝛnari ṽtute, ⁊ attigē
finē, ad quē oꝛdiat̄: lz modico tp̄e: eſt minꝰ malū: q̄ꝫ nāz
ſine ṽtute, ⁊ a fine ſibi debito fruſtratā, imo vitiatā du-
rare lōgo tp̄e. Primū hoꝝ p moꝛtis expectationē attin-
git̄, vtpote cū qs rōnabiľr moꝛit̄. Scđm vͦ p fugā fu-
giēs aſſeq̄t̄: q̄re ēt ai moꝛtalitate ꝯceſſa / hō aliq̄ñ p̄t rō-
nabiľr ſe moꝛti parare. huic āt ſiľe eſt qđ de moꝛbis dr̄:
nemo. n. vellet viuē longo tp̄e in ſeuiſſimo moꝛbo, imo
ſemp bꝛeuē vitā (mō ſana eſſet) p̄eligēt huic languide
vitę, ēt oblōge. hāc opionē Seneca habuit, q tn̄ aiaz cū
coꝛpe moꝛi credidit, vt in epľa ad Luciliū lōge mihi:
⁊ māifeſtiꝰ in h̄ ſuo ad Martianū de ꝯſolatiōe filÿ ſui:
hic. n. negauit poſt moꝛtē eē p̄miū ṽtutū: ⁊ tn̄ moꝛtē nō
eē timēdaz vbiq; p̄dicat. M. ēt Tulliꝰ q aliq̄ñ de alia
vita dubitauit, nunq̄ꝫ dubitauit de foꝛtitudie, cęteriſq;
ṽtutibꝰ agēdis. ꝓpter hęc foꝛtaſſe Pōp. ſupp$^{ra}$ aię moꝛ-
talitate nō ſoluz foꝛtitudinē / ſz oēz ṽtutē expetēdaz eſſe
aſſerit: naz virtꝰ, vt arbitrat̄, expetēda eſt pp ſe. Sz hęc
opio nō eſt phyſice coꝛroboꝛata: boni ſiqdē phi ṽtutez
nō eſſe pp ſe expetēdaz aſſerūt: vñ phoꝝ nō obſcurus
Euclides: q fuit megaricoꝝ diſciplinę ꝯditoꝛ, a cęteris
diſſentiēs, id eē ſummū bonū dixit, qđ ſiľe ſit, ⁊ idez ſp,
intellexit ꝑfecto, quę ſummi boni nā ſit: lz id nō expli-
cauerit, id eſt aūt imoꝛtalitas. Seneca q̊z (lz ꝯriꝰ ſibi vi-
deat̄) dicit tandē nullū aliud eē ṽtutis p̄miū q̄ꝫ imoꝛta-
litatē: laudās. n. ṽtutē in eo libꝛo, quē de imatura moꝛte
cōſcripſit. Una inq̄t res eſt ṽtꝰ, quę nobis imoꝛtalitatē
donare poſſit, ⁊ pares dÿs facē. Stoici q̊z ṽtutū p̄miuz
eē beatā vitā dixerūt. Qđ vͦ nulla ṽtꝰ ſit expetēda pp
ſe: ex eo pz: qꝛ tūc virtꝰ eēt ſummū bonū: ⁊ hoi tale: quo
meliꝰ eē nō pōt. At ṽtutē nō eē ſummū bonū, ꝓbat vis
eiuſq; nā / quę in maloꝝ p̄ferētia poſita eſt. P. Id cuiꝰ
vis, atq; nā in aduerſis poſita eſt, nō eſt pp ſe expeten-
dū: qs. n. expetēt exilia, qs carceres, qs vulnera, qs pau-
pertatē. In qbꝰ p̄cipua ṽtutuz nā collocata eſt: eſt. n. ṽtꝰ
ęgeſtatē, exiliuz, doloꝛē, moꝛtēq; quę timent̄ a cęteris,
pati foꝛtiter, ac ſubire. nō g̊ ṽtꝰ expetēda eſt pp ſe. Hęc
rō multū coegit Senecā virū doctiſſimū, atq; oi ṽtute
p̄ditū: q in epľa Multuz tibi, ⁊ in epľa Subinde. Et in
libꝛo de dina ꝓuidētia, ṽtutē eē in aduerſis poſitā ꝓba-
uit. Nimiruz igit̄ (vt inquit Pamphylus) ſupuacuis, ⁊
inanibꝰ pęnis delectant̄, qbꝰ licet agere trāquille. Si. n.
moꝛtales ſūt aię: ſi ṽtꝰ diſſoluto coꝛpe, nihil futura eſt,
qd fugimꝰ attributa nobis bona: ſanus (vt inq̄t) nō eſt,
qui nulla ſpe maioꝛi ꝓpoſita, his bonis, qbꝰ cęteri vtū-
tur in terra, laboꝛes, ⁊ cruciatꝰ, ⁊ miſerias añponat: q̄re
ſi ad ṽtutē ꝯſtat naſci hoiez: ſubeſſe dz ſpes aliq̄ maioꝛ:
quę maloꝝ, ⁊ laboꝝ, quos p̄ferre ṽtutis eſt, magnū affe-
rat, pꝛęclarūq; ſolatiū: quo fit (vt ṽtꝰ pp ſe nō expeten-
da ſit. Sz in re hac id, qđ nobis magnā facit q̄ōnem eſt
Ari. qui in libꝛis moꝛalibꝰ, ṽtutibꝰ p̄miū nulluz aſſigna-
uit, qꝛ ſi qd eēt: illud eſt honoꝛ: mō honoꝛ nō eſt honoꝛa-
ti, ſz honoꝛātis: ⁊ ita nulluz viſus eſt ṽtutibꝰ p̄miuz aſſi-
gnaſſe, niſi honoꝛē, vel nihil. Plato vͦ dubio ꝓcul in li-
bꝛo Goꝛgię ꝓpe finē ṽtutibꝰ p̄miū dedit beatā vitā, vi-
tÿs vͦ pęnā ꝑpetuā, q̄ ēt ꝯfirmat in Phędone. ⁊ libꝛo đ
legibꝰ. 10. imo p̄cipit puniēdus eē, q hęc negarit. Quare
ſolus Ari. facit nob̄ q̄ōnē: q in libꝛis moꝛaliuz nihil ṽtu-
tuz p̄mÿ meminit. g̊ vel nō dedit, vľ alicubi dedit. Pro
decľatiōe g̊ hoꝝ, aiaduerſione dignū, Ari. in libꝛis mo-
raliū nō eē de ſumo hois bono locutū ſz oēz ſtatū illiꝰ.
Uñ cū fęlicitatē deſcripſiſſet libꝛo ethicoꝝ p̄mo: iquit.
Si aūt ita beatos dicemꝰ viuētiū, qbꝰ exiſtūt, ⁊ exiſtēt Lectione
q̄ dcā ſūt: beatos aūt vt hoies: vbi Thomas verus Ari. Tho. 14.

UVA. BHSC. IyR_143_2

interpꝛes exponit [vt hoies].ſ. q in pñti vita mutabilitati ſubyciunt̃, quapp hõ bifariã ſumi põt, aut ſimpl'r, vt nõ ꝯbit̃ ad ſtatũ pñtis vitę: ⁊ ſic ſummũ bonũ hois, eſt ſummũ bonũ, qd ſibi cõpetit ẜm partẽ intellectiuã: quę eſt qd principalius in eo: qd.n.eſt ſummũ bonũ pncipalioꝛis partis: videt̃ ſummũ bonum totius ſimpl'r. Alio modo põt cõſiderari ẜm quid: vtpote vt cõtrabit̃ ad ſtatuz pſentis vitę: quatenus videlz viuit, vt animal ciuile: ⁊ ſic bonũ hois eſt bonũ animę ⁊ coꝛpoꝛis: ⁊ hoc pacto viuere ẜm ṽtutẽ eſt bonũ hois. ❡ Cuz ergo quęritur: vtruz virtus ſit expetenda ꝓpter ſe: dico ab hoie cõtracto ad pñtez vitã: virtutẽ eſſe ꝓpter ſe expetẽdaz: qm̃ homo cõtractus ad pñtem vitaz final'r oꝛdinat̃ ad bñ beateqz viuẽduz: ⁊ hoc pacto de hoie, deqz hois bono loqt̃ Ariſto. in libꝛis moꝛalis phie. Sin aũt loqmur de hoie ſimpl'r: vt viuit vitaz intellectualez: ſic hois bonum eſt qd eſt intellectus bonũ. tale aũt eſt intellectio: qua itelligit anima deũ ipſuz in ſe, intellectiõe. ſ. quę eſt deus: ⁊ hoc pacto virtus nõ eſt expetẽda pp ſe ab hoie ſic cõſiderato: imo ſicut hõ cõtractus ad pñtem vitam oꝛdinat̃ ad hominẽ ſimpl'r, vt viuit vitã intellectualez, ſic virtus, quę eſt bonũ hois cõtracti ad pñtez vitaz: oꝛdinatur ad bonũ hois ſimpl'r: qua rõne fit, vt virt⁹ expetẽda ſit ꝓpter imoꝛtalitatẽ, quę eſt bo^m hois ſimpl'r: de hois bono hoc pacto accepto Ariſto. loquit̃ in metaphyſica. vnde in p̃mo ethicoꝝ Ariſto. inquit. Siqdem igit̃ ⁊ aliud aliqd deoꝝ eſt donũ hoibus: rõnabile eſt ⁊ fęlicitatẽ dei datuz eẽ, ⁊ maxie humanoꝝ q̃to optimũ, ſed hoc qdez foꝛte alterius erit vtiqz pſcrutationis magis ꝓpꝛiũ: hęc Ariſto. Ex qbus apparet duplex hois bonum, ⁊ vtrũqz donũ dei: veruz illud qd eſt hois ſimpl'r optimũ, nõ ad moꝛalez: ſz ad aliã facultatẽ ſpectat: quę facultas eſt metaphyſica, vt expoſitoꝛ Thomas exponit. P̃. Appet q̃ lz Ariſto. in moꝛalib⁹ nullum virtutib⁹ dederit pręmiũ, tamẽ in alys libꝛis dedit: naz in moꝛalibus cõſiderauit hoiem cõtractũ ad pñtez vitaz: alibi ṽo cõſiderauit hoiem ſimpl'r: ideo alibi virtutes expetendas eẽ cenſuit ꝓpter imoꝛtalitatẽ: qd ṽo ita ſit, ethicoꝝ 7° pz: vbi poſuit duo ꝯria imanitatez, ſ. ⁊ virtutem heroicaz: cum.n. ſenſitiuę partis affectus in hoie coꝛrũpuntur vſqz ad ſimilitudinẽ beluaꝝ: tũc in eo emergit imanitas/ quę eſt vitium ſupꝛa humanã malitiaz/ quaſi hoiem reddens beluam atqz imanem. Cuz ṽo rõnalis pars in hoie pficit̃, atqz foꝛmat̃ vltra cõez humanę pfectionis moduz, homo reddit̃ ad ſimilitudinẽ diuinarũ ſubſtãtiaꝝ: ⁊ hęc virt⁹ dicit̃ heroica / atqz ſanctitas, q̃ſi ſupꝛa humanã virtutẽ: naz per hanc anima afficit̃ atqz ad diuinitatẽ diſponit̃, quo fit, vt virt⁹ ſit ob imoꝛtalitatem expetẽda: ſiqdez per hãc virtutẽ homo redditur diuinis ſubſtãtys copulat⁹, aiaqz capit̃ ad illas, in illarũqz viſiue beat̃. Tñ ⁊ 10° ethicoꝝ iquit. [Talis autez potioꝛ vita eſt, q̃z illa: quę eſt ẜm hominẽ: nõ.n. qua hõ eſt, ita viuet, ſz qua diuinũ quoddaz in ipſo exiſtit: q̃ztũ aũt differt hoc a cõpoſito: tanto ⁊ hęc operatio ab illa: quę ẜm aliaz virtutẽ: ſi itaqz diuinũ eſt mens ad hoiez: ⁊ vita, que eſt ẜm illam/ diuina eſt ad humanam vitã.] hactenus Ariſto. qbus patet eſſe aliã vitã hois ſimpl'r, quę. ſ. eſt ẜm mentẽ: ⁊ aliã hois cõpoſiti ꝯtracti ad pręſentẽ ſtatuz, tantoqz excellentioꝛẽ hac, quãto mens excellit compoſituz hõ. Et cum deterius ſemper ſit gratia melioꝛis, iure vita ẜm virtutes oꝛdinat̃ ad vitam hois ſimpl'r, qd eſt bonũ mẽtis: erunt eo ergo virtutes expetendę ꝓpter vitã illaz. hac rõne fit vt Ariſto. eodez. 10. ſic fęlicẽ recte deſcripſerit, fęlix eſt qui ẜz mentẽ opat̃, ⁊ eã colit, ⁊ optime diſpoſit⁹ eſt, ⁊ qui dys amiciſſimus

Lectione Tho. 13ª.

eſt. Septimo ṽo politicę aucte poetaruz, eos in inſulis beatoꝝ gaudere dicit, qui phia, tẽperãtia, ⁊ iuſtitia in vita vſi fuerũt: vbi Thomas inſulas beatoꝝ exponit, in qb⁹ animę eoꝝ: qui in vita bñ operati ſunt, fęliciter pſeuerãt poſt moꝛtẽ: quã rẽ affirmat Plato in Goꝛgia, aſſerẽs eẽ veram, ⁊ nõ fabuloſam: Iconomicę etiaz 2° de Alceſte, ⁊ Pęnolope dicit q̃ factę in malis fideles ſibi pręparauerũt gl'iaz imoꝛtalez: ⁊ iuſtę a viris honoratę ſunt: neqz a dys ſunt imeritę. Ex qb⁹ oib⁹ apparet nõ recte Põpo. arbitratũ eſſe, duz aſſerit ṽtutes eẽ pp ſe expetẽdas, cũ clare ex his pateat, illas eẽ expetẽdas ꝓpter beatã vitã: qua ſumus partim in vita/ ptim poſt moꝛtẽ fruituri: ⁊ quidez ppetuo. Rationes ṽo eius friuolę ſunt: nam cuz Ariſto. moꝛtuis nõ eſſe bonum: neqz maluz dicit: ⁊ tamẽ foꝛtitudinẽ eſſe circa moꝛtẽ: intelligit poſt moꝛtẽ nõ eſſe hois bonũ nec maluz, de his: quę ptinent ad pñtez vitam: niſi paruũ, ⁊ fragile quicq̃z ſit, vt pꝛimo ethicoꝝ aſſerit: quale eſt in memoꝛys noſtris: de bonis ṽo/ quę ptinent ad ſtatuz aię: eo loco nõ loqt̃. Scdm delet̃, naz moꝛi cũ virtute nõ eſt bonũ niſi ſuppoſita animi imoꝛtalitate: qua negata: nec ẽ viuere, nec moꝛi ẜm virtutẽ: ſz ẜm aſſuetudinez. P̃. Tertia rõ ſupponit falſum: ſupponit.n. moꝛi ẜm virtutẽ: lz paruo tpe viueret, eſſe minus maluz: hoc falſum eſt: nam vbi animus eſſet moꝛtalis: nulla eſſet virtus, quẽadmoduz nec belue, niſi p aſſuetudinẽ, vt bꝛuta. Unde negata animi imoꝛtalitate, nec eſſet vitiuz fugere: nec vitiuz moꝛi: cũ virt⁹ nõ ſit, niſi ꝓpter imoꝛtalitatẽ. Qua rõne fit, vt nõ bene fugiens languido cõparet̃: cuz nõ ſit vitiũ fugere, niſi animi imoꝛtalitate ſuppoſita: qbus dilucidatis, apparet nulluz debere ſe moꝛti exponere quouis in caſu, moꝛtalitate animi ſuppoſita.

❡ Tertia rõ quę eſt de maloꝝ punitione, ⁊ bonoꝝ pręmiatione: hic diſputatur. Cap. LV.

POſt hęc de imoꝛtalitate aię illud argu^m nobis fidez ſummã facere debeat, q̃ negata imoꝛtalitate animi: nõ omne bonuz remaneret remuneratũ: nec omne maluz punitum: naz multi boni in vita cruciant̃: ⁊ qdẽ ab his: qui impune moꝛiunt̃. Põpo. refellens hoc argumentũ, aſſerit virtutẽ eẽ ſibi p̃miũ: ⁊ vitiũ eẽ ſibi pęnã. nam pęna ⁊ pręmiuz duplex eſt, eſſentiale quidez: ⁊ eſt ipſamet virt⁹, ⁊ vitiũ: accidẽtale ṽo: ⁊ eſt pęna: qua coꝛpoꝛa affligunt̃, vel auruz ⁊ id genus, quo ſtudioſus honoꝛat̃. vñ pęna culpę eſt eſſentialis ipſi vitio: pęna ṽo dãni accñtalis: eſt aũt, vt ait, pęna culpę lõge maioꝛ pęna dãni. g̊ mali nõ relinquũtur ipuniti: cuz puniant̃ pęna culpę: nec boni irremunerati: cum virtus ſit ſibiipſi pręmiuz. Sed hãc reſpõſionẽ refellit Plato in Goꝛgia: vbi argumẽtat̃ data cuz moꝛtalitate Tyrãni impuniti relinquerent̃: ⁊ boni irremunerati, hoc argumẽto ꝯcludit eſſe tartarũ locum vz: in quo maloꝝ aię puniunt̃: ⁊ inſulas beatoꝝ: vbi bonoꝝ aias pręmiari aſſerit. Si g̊ pꝛo ṽtutib⁹ ſufficeret pręmiũ eſſentiale: ⁊ pꝛo vitys, pęna culpę eẽntialis, fruſtra Plato in eo libꝛo elaboꝛaſſet dare hęc loca: vbi boni remunerent̃: ⁊ mali punirent̃: nec Plato ſolus hęc loca aſſeruit: ſz Ariſto. 7° Politicę aucte poetaꝝ. ⁊ 2° Iconomicę libꝛo de Alceſtę ⁊ Pęnelope. P̃. Pꝛobauim⁹ virtutes nõ eẽ expetibiles ꝓpter ſe, q̃ in illis ſint tot maloꝝ perferẽtię. P̃. Si ſufficiẽter malus ſuo erroꝛe puniret̃: fruſtra leges pęnas pꝛo maloꝝ rõne inſtituiſſent. P̃. Illud eſt maius, qd natural'r magis abhoꝛremus: at nã magis abhoꝛret pęnaz dãni, q̃z pęnam culpę: ⁊ magis pęnam ſenſus, q̃z pęnaz dãni: ergo eſt deteri⁹ maluz: ergo põt dari in punitionẽ pęne culpę.

Ca. 13.

Ca. 14.

Refutatio

UVA. BHSC. IyR_143_2

culpę.℗. Soli homini nãle deſiderium ineſt:vt is ſiue rex,ſiue alius pęna dãni puniaᷣ:qui iniuriaꝫ fecit,ergo cum deſideriũ nõ ſit fruſtra in tota ſpecie:opoꝛtet tyrãnum puniri pęna dãni:quam oẽs ſibi appetimus:optamuſ⁊. Propterea Plato ait,ſi tyrãnus punitiones nõ ꝑtimeſcerẽt,oĩa de leui peſſundarenᷣ. Hi eniꝫ ſiqd boni agũt,non niſi foꝛmidine pęnę agũt:qua ſublata:nihil boni agere poterũt.ꝑdituꝫ vadãt,qui tyrãnos dixerint ſoluꝫ puniri pęna culpę:potiſſimum hi qui hodie tyrãniçãt. Qđ ꝟo dixit Ari.nõ dare ꝓmiuꝫ ꝟtutibꝰ ⁊ ſciẽtijs

Particula 30ᵃ. proble mate.10°. lib.ꝓblematũ:nõ recte verba ꝑcepit,ſed vel relata retulit:vel extoꝛſit verba:Ariſ.enim nõ de ꝟtutibus loqtur:ſꝫ de victoꝛia:quę in certaminibus ſciẽtificis habetur:aſſerit victoꝛem nõ ꝓmiari:vel qꝛ difficile eſt iudicem inuenire,vel qa nõ põt dari ꝓmium melius victoria:vbi patet eum nõ loq in ꝟtutibus:ſed in certaminibus dialecticis:hactenus de 3ᵃ rõne.

¶ Quarta ratio quę eſt de famoſitate imoꝛtalitatis hic diſputatur. Caplm. LVI.

Cap.13°. Fieri ſolet dialectica ratio,qua ꝓclari viri ꝓbarunt imoꝛtalitatẽ aię:qa apud oẽs leges eſt famoſum:qđ omni ex ꝑte falſum eẽ nõ

Cap.14°. põt:cui Põpo.reſpõdẽs ꝯcedit falſum eſſe poſſe:qđ oibus eſt famoſum. Argumẽto ꝙ qlibet hõ decipiᷣ:saltẽ in aliquo:ergo põt aggregatũ ex oibꝰ decipi:põt etiã decipi maioꝛ pars qꝛ leges mahometi ⁊ hebꝛeoꝝ.ḡ nõ eſt abſurdũ famoſum eſſe falſum in toto:vel pꝛo maioꝛi ꝑte ſaltẽ. Sed falſum eſt hoc qđ Põpoñ.autumat:nam lꝫ qlibet hõ decipiaᷣ in aliq̊:nõ tñ de eodẽ.Cum enim oẽs opinanᷣ aliqđ ideꝫ eſſe:impoſſibile eſt illud eſſe in toto falſuꝫ:vt ſi oẽs opinenᷣ deos eſſe in cęlis,impoſſibile eſt ex toto illos nullo pacto in cę

T.c.22. lo eſſe.℗.Ariſ.p̊ lib.de cęlo vtiᷣ h̄ argumẽto,cum inqt. Oẽs.n.hoies de dijs hñt eſtimatiõeꝫ:⁊ oẽs euꝫ qui ſurſum eſt,deo locũ attribuũt ⁊ barbari,⁊ gręci ꝗcũqꝫ qdẽ putãt eſſe deos,ex h̄ habet cęlũ eſſe locũ deoꝝ:qđ argᵐ ſm Põpoñ.nullũ eſt,qꝛ põt famoſum eſſe omni ex ꝑte falſum.℗.Pꝛobat cęli ęternitateꝫ eodem loco per memoꝛiã hoium ſibiinuicẽ ſuccedẽtiũ:qđ argᵐ nullũ eſſet, ſi poſſet famoſum eſſe omni ex ꝑte falſuꝫ. Omitto quę

Com.5°. Auer.ait libello de ſomno:⁊ 3° lib.de aĩa.vbi impoſſibile eſſe dicit,vt aliqd famoſum ſit:⁊ omni ex parte falſuꝫ. Põt aũt hoc ꝓbari,qa famoſuꝫ apud oẽs:nõ niſi a deo eſſe videᷣ:qa,vt acutioꝛes viri argumẽtanᷣ,in his,quę ex terminis nõ ꝯſtãt,nec ex ꝓncipijs euidẽtiam hñt:gẽtes oẽs conſonare nõ pñt,ſi diuerſimode afficiunᷣ:niſi eoꝝ intelľs a cã ſuꝑioꝛe dirigaᷣ ad ꝯſenſum.Sed gẽtes oẽs:quę imoꝛtalitatẽ ꝯſentiũt:diuerſimode afficiunᷣ,et diuerſis tẽpoꝛibꝰ extitere:ergo non pñt in his ꝯcoꝛdari, quę nec ex terminis patẽt,nec ex pꝛincipijs per ſe notis euidẽtiaꝫ habẽt:niſi a cã ſuꝑioꝛe ad ꝯſenſum dirigantᷣ. Cum igiᷣ imoꝛtalitas aię ex terminis nõ pateat:nec ex ꝓncipijs per ſe notis euidentiã habeat:igiᷣ ſi oẽs leges, oẽs gẽtes in illa ꝯſonẽt,nõ niſi ab ipſo deo ad ꝯſenſum dirigi neceſſe eſt:hac foꝛtaſſe rõne nõ põt famoſuꝫ eſſe omni ex ꝑte falſuꝫ:potiſſimũ cuꝫ diu fuerit inueteratũ: ⁊ apud ꝓcipuos ſapiẽtũ diuulgatũ,vt Ari.p̊ Top.inuit. Accedit ꝙ theologię fere innumerę,emerſerunt:vt illa phęnicum,illa egyptioꝝ:illa grecoꝛuꝫ/illa latinoꝝ:illa phꝛygum,illa hebꝛeoꝛum,illa chꝛiſtianoꝝ:⁊ deniꝗ,illa mahometanoꝝ. In nulla aũt haꝝ opinio:quę de animi imoꝛtalitate eſt,mutata eſt:qđ argumento nobis erit h̄ eſſe verũ:quaſi e ſupera ipſa cauſa expoſitum.

¶ Quinta ratio,quę eſt de miraculis hic diſputatur. Capitulum. LVII.

Preterea nob̄ fidẽ faciũt de imoꝛtalitate ea: Argᵐ.c.15. quę de aiabꝰ defunctoꝝ narranᷣ. Apparuerũt eniꝫ nõnulla:quę reduci nõ pñt,niſi ad defũctoꝝ aias. ℗. Et in ſomnijs apꝑuerũt ẽt nõnulla:quę aias remanẽ poſt obitũ aptiſſime demꝛant,vt de duobꝰ arcadibus auc̃te Ualerij apparẽtia oñdũt. Inſuꝑ de Dionyſij mr̃e/q ſyracuſioꝝ tyrãnus fuit:vt Philiſtus narrat:rurſus ⁊ illđ ꝑami de paride:cuiꝰ mr̃ dũ grauida eẽt:parere ſe ardẽtẽ faceꝫ viſa eẽt:vt Fabius pictoꝛ dixit. Eſt ⁊ aliđ ſuꝑbi Tarqnij, vt ſcribit Actiꝰ. Eſt iſuꝑ ⁊ illđ mr̃is Phalaridis,vt inqt Ponticus Heraclides Platonis auditoꝛ,ſunt ⁊ alia cõplura:quę oñdũt apte aias defũctoꝝ remanẽ:cũ reduci viſa hęc nõ poſſint,niſi ad illas. Põpoñ.p̊ᵃˢ apparẽtias Que Põpo. cap.14. tãdẽ reducit ad ſbas mouẽtes ſtellas:has.n.mediãtibꝰ ſtellaꝝ aſpectibꝰ,ꝯiũctiõibꝰ,⁊ ꝯfiguratõibꝰ,agere dicit oia ea:quę apparẽt poſt hoiuꝫ obitũ. Alexãder.n.deũ ⁊ ĩtelligẽtias reruꝫ iferioꝝ ꝓuidẽtiã hře aſſerit:q̃ſi pꝛo tẽpoꝝ ꝯditionibꝰ atqꝫ locoꝝ illis ꝓuideãt:ꝓbat h̄ exẽplo illiꝰ pueri.cuiꝰ meminit Haly heben ragel in eo lib.quẽ de iudicio ꝯſcripſit:ille.n.regi ꝓdixit ſtrageꝫ:⁊ nõ niſi locutiõe cãta a motoꝛe cęleſti:q mouit iſtrã locutiõis.℗. Motoꝛes cęleſtes faciũt picas,⁊ aues id genus loq:ḡ ẽt pueros,ꝓſertim mediãtibus ꝯfigurationibꝰ ſtellaꝝ. De ſomnijs ꝟo auc̃te Auer.ait illa ꝓuenire ſilr̃ ab illis ſubſtãtijs:naꝫ ꝓuidẽt nos:illud ꝟo Arcadũ reducit ad deũ. Sꝫ vir iſte dũ ꝑipatheᶜᵃˢ doctrinã ꝓfiteᷣ,ab Ari.nimis Refutatio recedẽ vr̃.nã(vt ex dictis oiuꝫ)qui in re hac ſcripſerũt, colligi põt:ꝙ hęc phãtaſmata ſiue apparitões,aut reducunᷣ ad cęleſtes intelligẽtias,vt Põpo.Alexãdri auc̃te fateᷣ:aut ad defunctoꝝ aias:quę poſt moꝛteꝫ hęc agũt: aut ad dęmones:qui ſunt iter cęluꝫ,⁊ terrã collocati,q̃ſi nob̄ miniſtri,aut ad cãs nãles:quę in nob̄ ſunt,cuiꝰ ſunt aut illuſiones ſenſuũ:aut ſacerdotũ fictiones:aut noſtrę imaginationes,aut aliqd tale a nã ꝓficiſcẽs:loquoꝛ aũt talibꝰ ꝯceſſis:nã qui hęc fabuloſa eẽ diceret:facile euaderet. Qđ hęc nõ ſemꝑ ad defũctoꝝ aĩas reducunᷣ,eſt opinio ꝑipatheᶜᵒꝝ:ſm.n.ꝑipatheᶜᵒˢ aĩa ſiue bonoꝝ ſiue maloꝝ ad cõpareꝫ ſtellã ꝟtiᷣ,vi cuiꝰ coꝛpi copulabaᷣ, nec ab illa põt recedere:cuꝫ ſit q̃ſi ſuo coꝛpi aſſiſtẽs. In quo nulla accidit alteratio:qua poſſit aię fieri ipꝛopoꝛtionale. Nõ ḡ defunctoꝝ aię hęc agere pñt:quę nob̄ apparẽt poſt obitũ ſm ꝑipatheᶜᵒˢ. In h̄ ḡ nõ ab re Põpo. autumat. Qđ ſacerdotũ deceptiões nõ ſint:vt epicurei arbitranᷣ:teſtanᷣ oẽs gẽtiles hyſtoꝛici,vt Ualeriꝰ,Plinius,Liuius,Gellius,Lucanus,oẽſqꝫ qui de miraculis ſcripſere.℗.Et gręci,vt Herodotꝰ, Dionyſius,Appianus,Plutarchus,cęteriqꝫ q hyſtoꝛici dñr:oẽs.n.hi hęc qñqꝫ apud hoies viſa eſſe teſtanᷣ.℗.Sciſſimi viri,idẽ aſſerũt:iter q̊s magnos doctoꝛ Aureliꝰ Augꝰ.ijs libꝛis, lib° 18°. q̊s de ciuitate dei ꝯſcripſit,inqt,ſi.n.dixerimꝰ ea nõ eſſe cap̊ 18°. credẽda:nõ deſunt nũc:qui eiuſmodi q̃dã vľ certiſſima audiſſe:vel ẽt ſe eẽ exꝑtos aſſeuerẽt:quę ẽt ꝓpã obſuatiõe appꝛobat:nõ ḡ pñt eẽ mere fictiones,ſacerdotũqꝫ deceptiones:vt epicurei crediderũt. Qđ nec ſenſuuꝫ luſiones ſint,vt ꝑipathetici affirmãt:qui dicũt hęc eẽ apparitiones in ſenſibꝰ iternis exñtes,ex eo ꝙ ſpẽs a memoꝛia reuocanᷣ ad ſenſuꝫ cõeꝫ:in quẽ cũ ꝓueniũt,videntur iternis ſenſibꝰ hęc q̃ſi foꝛmę,hoies barbati vľ tales id genus:arbitrãtes hãc ſpẽꝝ reuocatiõeſ fieri moꝛbo: aut humoꝛe melĩco ꝓbaᷣ:q̃m aliq̃ñ hęc pñt eſſe phãtaſmata ſeu viſa tm̃:⁊ qdẽ nihil ꝑter ſenſuꝫ:aliq̃ñ ꝑter viſa atqꝫ phãtaſmata ſunt effectꝰ:vt illud Bꝛuti:nõ.n.videᷣ illud viſuꝫ tm̃,cum aliqd fuerit ꝑter viſum:quãdoquidẽ illud viderit in philippicis campis,vt ꝓdixerat.



UVA. BHSC. IyR_143_2

¶.Illud Catonis nõne fuit aliqd p̄ter viſum:enũtiatio
enim vera fuit.Inſup in pugna Romanoꝝ apud regil/
luʒ cõmiſſa caſtoꝛ ⁊ pollux viſi,nõ fuerũt phãtaſmata
tm̃:cum hoſtiũ copias viſi fuerũt ꝓfudere.¶.De Pre/
ſtãty pꝛe narrat Aug⁹ eſſe ſibi viſum foꝛe caballuʒ:an/
nonam iter alia iumẽta baiulaſſe militib⁹:quę dicit̃ re/
tica:qm̃ ad retias depoꝛtauit:qḋ ita vt narrauit factum
fuiſſe cõpertum eſt:vbi pʒ illud nõ fuiſſe viſum tm̃:ſed
aliqd p̄ter ſenſum.¶.Fuerunt phãtaſmata,quę nõ vni
tm̃ videbant̃:ſʒ cõpluri b⁹nec ſtupidis,nec aliq̃ moꝛbo
affectis:vt illud Simonidis cenãtis apud ſcopam.quę
eſſe luſiones tm̃ rõni nõ ꝯſonãt.Siĺi rõne nõ pñt ꝓfici/
ſci a cauſis nãlib⁹:vt ab exhalatiõe eleuata a cadauere,
vel ab humoꝛe meĺico,vel moꝛbo:vel a viſus debilita/
te:vel ab aliq̃ tali:qñqdeʒ hęc nõ ſunt viſa tm̃:ſʒ effect⁹
p̄ter viſa:quę aliqñ apparuerunt pĺib⁹:nec moꝛbo affe/
ctis:nec ſtupidis,nec in aere turbido:nec in loco vbi ca/
dauera erãt.At ꝙ nõ reducant̃ ad itelligẽtias:vt Põp.
autumat,facile ꝓbamus:qñ hęc mutabilia ſunt,quę ab
ęterno atq̃ imobili ꝓficiſci non pñt.¶.Hęc viſa aliqñ
in ſtatuis,aliqñ in aliys ſpectata ſunt,modo intelligẽtię
nõ pñt illis copulari:inſup tunc iſtę itelligẽtię de nouo
ſingularia ⁊ mutatiões ꝑcipent:quas ꝑcipe nõ pñt ſine
ſenſib⁹,vt arbitrãtur ꝑipathetici:q̃re cęleſtia hn̄ent ſen/
ſus:qḋ nõ puto ꝑipathetice dcm̃.Erit.n.maxime dubi/
tãdũ quo nã pacto iſtę ſciãt de nouo futura:⁊ pñtia/aut
hęc oĩa ab ęterno:⁊ quo nã modo mouent ſenſus nr̃os.
¶.Miruʒ eſt quo mõ mouebũt linguã nr̃aʒ ad ſmonẽ
gręcũ,vel barbarũ:quẽ nunq̃ audiuimus.¶.Quo mõ
tales intelligẽtię faciẽt,vt futura p̄dicãt,⁊ ſecreta reue/
lent.¶.Quõ itelligẽtia imobilis imobiĺr cęlo copulata
mouere põt monachũ eadẽ hoꝛa ab vna ad aliã ciuita/
teʒ remotiſſimã.Uñ lʒ itelligẽtię faciãt,vt picus loqua
tur,nõ niſi mediãte motoꝛe ꝑximo:qꝛ ſol ⁊ hõ gñant ho
minẽ:nec põt vermẽ gñare niſi ex mã putrida:nã caloꝛ
cęleſtis diffuſus in aere ⁊ aqua gñat cũcta.at nos vide/
mus hęc fieri:⁊ nullũ videmus ꝑximuʒ motoꝛẽ:e quo ⁊
itelligẽtiys hęc fieri poſſint.q̃re cuʒ hęc nec ad aĩas de/
functoꝛuʒ:nec ad deceptiones,luſioneſq̃ aut cãs nãles,
nec ad cęleſtes intelligẽtias reduci poſſint,iure aut hęc
fabuloſa ſũt,qḋ eſt ꝯ tot viros,aut ſunt eoꝝ aliq̃ a deo,
vt miracula:aut a dęmonib⁹:vt phãtaſmata.Sed q̃res
cur hoꝝ nihil Ari.aut aliy boni ꝑipathetici meminẽ:An
vĺ qꝛ hoꝝ aliq̃ fabuloſa pñtauerũt,aliq̃ vò quę ad phy
ſicas cãs reducẽ poterãt,reliq̃runt tanq̃ nota:aut qꝛ ꝓ/
babile,credibile ⁊ ſciẽtificuʒ differũt apud ꝑipathe^{cos}.
Credibile enim.i.apud Ari.in rhetoꝛicis,qḋ paucis vel
vni viſuʒ eſt,appꝛobatis tñ vt miraculũ:ꝓbabile autẽ
qḋ oĩb⁹ vel pĺib⁹apparet:vt mũduʒ eẽ factũ.Sciẽtificũ
vò,qḋ vel ſenſib⁹ ꝯſtat,vel iys,quę a ſenſibus deducta
ſunt,originẽ traxerũt:vt ſolem eſſe maioꝛẽ ipſa tellure.
Quia igit̃ Ari.in his libꝛis,q̊s de diuinis,aut de nã ꝯfe/
cit,aut de moꝛib⁹ ꝯſcripſit,ſolũ aut ꝓbabilia:aut ſciẽti/
fica attigit:iure ea p̄termittẽ debebat,quoꝛũ phyſicas,
aut ꝓbabiles cãs aſſignare nõ poterat.Pretermiſit igr̃
ea oĩa,q̊rũ cãs nãles nemo aſſignare põt,vt miracula,
⁊ ea oĩa/quoꝝ cauſę dęmones ſunt.Utruʒ vò illa credi
derit,credo ꝙ ſic:nã in ſuis libꝛis multa narrauit,quoꝝ
3° de hyſto. cap. 20°. cãs nõ aſſignat,vt illud in lemno iſula Cypꝛi:⁊ in libꝛis
de re domeſtica vota diys fecit,quę non feciſſet,niſi eos
aliqd p̄ter nãʒ,vel ſupꝛa nãʒ poſſe facẽ crediſſet:Le/
git̃ etiã eum pꝛo diſcipulo erexiſſe ſtatuas:⁊ alia cõplu
ra:vñ mihi ꝯſonũ eſt euʒ hęc crediſſe:quoꝝ cum cãs
phyſicas aſſigr̃e nõ poterat,a libꝛis ſciẽtificis hęc reie/
ciſſe iure debuerat:hacten⁹ de miraclis.¶ De ſomniys
vò ſiĺi rõne Põpo.nõ ꝑipathe^{ce} loqt̃:qñqdẽ nec a deo,
nec ab deoꝝ aliquo ipſa ꝓficiſci poſſe libello de ſomno
ꝓbat Ariſt.ex eo.vʒ.ꝙ bꝛuta ſomniãt,indocti quoq̃,et
opiliones abiectiſſimiq̃ hoĩes:q̇bus(vt inq̇t)ridiculũ
eſt credẽ ⁊ deo ipſo vel deoꝝ aliq̃ ſomnia imitti.Pꝛo/
pterea decernit ea euenire aut ex ea alteratione:quę no
ſtris accidit coꝛꝑib⁹:aut ex ea affectiõe:quę aĩę ꝯtingit:
ita vt oĩa ſomnia ſint aut aĩalia:vtpote,quę ex aĩę affe/
ctu accidũt:aut nãlia:quę ex coꝛꝑalibus motib⁹,altera/
tionibuſq̃ ꝓficiſcunt̃.Aſſerit aũt hęc nõnunq̃ temere/
atq̃ foꝛtuita veri quicq̃ dicere.Pꝛobat auteʒ ex eo,q̇a
ſomnioꝝ gña tria ſunt:q̇a aut eaꝝ rerum:quę p̄uident̃
cauſę:aut eaꝝ,quę p̄uident̃ ſigna:aut foꝛtuita:vñ illud
Arcaduʒ Ariſt.foꝛtuitũ fuiſſe diceret:ſicq̃ cętera id ge/
nus.Ueruʒ de his in libello nr̃o de ſomniys cõplura di/
ximus:nũc vò ſatis ſit nob̃ demõſtraſſe Põpo.ꝑipathe
tice nõ eẽ locutũ,qui tãtuʒ ꝑipathetice ꝓfitet̃.Quid vò
pꝛo v̇itate chꝛiſtiana aſſerẽduʒ ſit,eo libello demõſtra/
uimus:vbi cõplura ſomnia eſſe q̃ſi iter ꝓphias enũan/
da/dilucidauimus:verũ cum nũc de ſomniys nõ ſit nr̃a
diſputatio:hęc ſufficiãt.¶ Ex his ap̄p̄et illud qḋ de dę/
moniacis dicit Põpo.lʒ pꝛo ꝑte eſſe bñ dictũ:nõ tñ oĩ/
no:qñqdẽ aliq̃ viſa ſunt de eis:quę nec ad humoꝛẽ me/
lãcholicũ:nec ad moꝛbum/nec ad cęleſtes ſubas reduci
pñt.Pꝛopterea dõm Ariſ.illa appꝛobaſſe,quoꝝ nãles
cãs potuit aſſignare:⁊ hęc iter ſciẽtifica collocauit,cęte/
ra,quoꝝ cauſę nãles nõ ſunt:iter credita repoſuit:quo/
ruʒ narratione tm̃ ꝯtẽtus fuit.Cętera vò:quę ꝯtra ſe fa/
cta,refutauit,nõ ſunt magni põderis:de rationibus er/
go ꝯtra ſe factis,hec ſufficiant.

## ¶ Uera opinio de aĩa itellectiua/⁊ phyſice ⁊ peripathe/tice aſſerta. Cap. LVIII.

REſtat ergo,vt dicamus q̇d de ipſa aĩa ſenti
mus:⁊ q̇dẽ phyſice,⁊ ꝑipathetice:ſic.n.loq̇/
mur nũc.Dicamus ergo p̊ itellectualẽ aĩaʒ p^m de aĩa.
nõ eſſe factã ante coꝛꝑa,nec tꝑe nec ęterni/
tate coꝛꝑa p̄cedẽ.H ex his,quę lib.de aĩali/
bus diximus:ꝑſpicuũ eſt:dicebat.n.oẽs aĩas po^a p̄cede/
re,actu vò nullã:p̄terea dicebat aĩam nullã hꝛe opatio/
nẽ ante coꝛꝑa:qm̃ ſi aliquã hꝛet:illa eſſet ipm̃ itelligere:
at itelligẽ hꝛe nõ põt,niſi ex phãtaſmatibus:vt p̊ de aĩa T.c.12.
dicebat:nõ g̊ põt p̄eſſe ſeparata.¶.Si aĩa eẽt ante coꝛ/
pus,aut p̄fuiſſet ſeparata,aut migraret de coꝛꝑe in coꝛ/
pus:ſeparata q̇dẽ p̄eſſe nõ põt,aliogn ſine phãtaſmate
intellexiſſet,aut p̄fuiſſet ocioſa,nec migrare põt de coꝛ/
poꝛe in coꝛpus,q̇a tũc,vt Ariſ.deducit,eẽt moꝛtuoꝝ re/
ſurrectio:quã Ari.negat p̊ de aĩa li°.¶.2° de aĩa Ari.q̃ſi T.c.26.
coꝛollarie cõmẽdat eos qui aĩam nõ eẽ ſine coꝛꝑe dice/
bãt.ſ.tꝑe,vel ęternitate p̄exñtẽ coꝛꝑi:naʒ h ꝯceſſo:poſ/
ſet accipe qḋlibet coꝛpus:at dcm̃ eſt ipſam eẽ actũ certi
coꝛꝑis.¶.12° p̄mę phię,ꝓbat nullã foꝛ^{ã}eſſe factã ante T.c.17.
eius cõpo^m:q̇a lʒ effectrix cã p̄cedat effectum/foꝛmalis
vò eſt ſiĺ cuʒ ſuo effectu.Sic igit̃ dicamus itellectualẽ
aĩam nõ eſſe factã ante eius coꝛpus.Scḋo dicamus eaʒ
eſſe foꝛmã in mã exñtẽ:⁊ q̇dẽ coꝛpus humanũ ifoꝛmã/
tẽ.Dicebat eniʒ Ari.in lib.de aĩalib⁹ipſam vltimo loco
aduenire:vt fineʒ vlt^m in vniuerſa hoĩs gñatione.¶.2°
de aĩa lib.Ari.fecit hãc ꝯñtiã,aĩa eſt hoc,quo viuimus, T.c.24.
⁊ ſentimus,⁊ itelligimus/p̄mo:ergo erit quędaʒ ratio,⁊
⁊ ſpẽs:vbi pʒ euʒ vĺr eẽ locutũ de omni aĩa:nõ.n.video
cur de ſenſitiua ratio valeat:⁊ nõ de intellectiua:nullibi
enim Ariſt.ꝓbauit ſenſitiuã eſſe foꝛmã nr̃am:niſi q̇a ea
p̊ mouemur,⁊ ſentimus:g̊ ⁊ intellectiua erit foꝛma nr̃a:
q̇a illa etiaʒ p̄mo itelligimus.¶.Hac via negata:nulla
via ꝓbari poſſet eẽ dabilem aliquã aĩam aliqḋ coꝛpus
infoꝛmãtẽ:

UVA. BHSC. IyR_143_2

informātē:nā ſiqua eēt:illa eſſet,qꝛ ipſa per ſe p̊ opare/
mur:mō hęc via nō argueret aiam nō eſſe forᵃᶻ iformā
tez:nā nos per ſe p̊ itelligimus:⁊ nō per intellm̄,qui eſt
nr̄a forma informās:verū de h̄ in 3° lib.aie multa dixi/
3m mus in cōmētarys quę nuprime ſcribimus. Tertio di/
camus ipam ex ſemine nō venire:accederet.n.intrinſe/
cus:cuius ꝯriū Ari.ꝓbauit ex ipo itelligē:quę eſt opatio
nō corpalis.Si igit̄ eſt facta,⁊ nō itrinſecus:ḡ de nouo
4m creata:vt ſupius fuit deductuz.Quarto dicamus ipſam
nō mori cuz corpe:gnimmo ſeparata poſt obitū rema/
net.nā eius actio eſt itelligē:qd̄ lz egeat corpe cuz fit:nō
enim facta eſt cuz notionibꝰ:tn̄ poſtq̄ ipm̄ itelligere fa/
ctū eſt:nō ampliꝰ aia per ſe eget corpe:h̄ idē ex alio pz,
qꝛ accedit extrinſecus,ḡ corruptione corpis nō morit̄.
Quinto ⁊ vltimo dicamus ipſam pro nūo corpoꝝ mul/
5m tiplicari:gnimmo nec ipſa,nec itellꝰs vnus nūo diuz eſt.
Hoc ex ꝟbis Ariſt.pz:qꝛ cum aia itelleᵘᵃ ſit vltimus fi/
nis humanę gn̄ationis,non pōt eſſe vnus numero finis
tot gn̄ationuz.P̄.Cum ſit forma iformās corpus,oium
hoium erit vnū nūo eſſe ſimplr̄.hęc phyſice ⁊ ꝑipathe/
tice.An ꝟo hęc ſint Platonice dicta:lōguz eēt diſſerere.
Euſebius eiꝫ Pāphilus dicit:Platonē de aia nō eſſe ſi/
bi ꝯſtātē:cum aliqn̄ eas de corpe in corpus migrare aſ/
ſerat,vt in fine Tymęi:aliquādo creatas eē dicit a dys
peccādis:aliqn̄ mortalē,imortalem ꝟo plerūq̄:ꝓpter/
ea quę ipſe voluerit.In fine dicemus.

Primus modus refutādi potiſſimā Pōpon̄.ſuppoſi/
tionem:vbi an anima intelligere poſſit ſine phātaſma/
te:iterum diſputatur. Cap. LIX.

Poſt hęc reſtat refellē Pōpon̄.rōnes,qbus
mortalitatē ꝓbabat:⁊ p̄mo illā ſuppōnē:in
qua ois rōnū vis ꝯſiſtit,ꝙ videlz ſine phā/
taſmate aia nō itelligit:quare ſi poſt mortē
remaneret:ocioſa remaneret:ꝯtra hāc dica
mus:ꝙ ꝯceſſo ſibi aiam ſm̄ Ari.itelligere nō poſſe ſine
phātaſmate:minus maluz eſt,⁊ minꝰ ꝯtra phyſicas rō/
nes aſſerē ipam eſſe imortalē:qm̄ ex h̄ nō ſeqt̄ niſi Ari.
ſibiipſi ꝯdicē:qd̄ nō dz videri abſurdū:cuz ipſe nullibi
de imortalitate per ſe diſputauit:q̄re ſoluz ſeqt̄ Ari.nō
ſibiipſi ꝯſtare:qd̄ minus turpe eſt,q̄ dicere aiaz cū cor/
pore mori:qn̄gdē cōplura Ari.decreta imortalitatē ꝓ/
bāt,q̄ mortalitatē. Ulterius dico ꝙ minus ꝯtra phyſi/
cas rōnes eſt aſſerē ipſam remanē ocioſam:q̄ cū corpe
mori:vn̄ ſi teneremus ſm̄ Ariſ.aiaz nullo pacto itelligē
poſſe ſine phātaſmate,⁊ ipam eſſe imortalē:ſequit̄ aias
ipſas poſt mortē remanē ocioſas:qꝛ ſine ꝓprys opatio/
nibꝰ.Cōcedē aūt finita vel ifinita indiuidua alicuiꝰ ſpēi
fruſtra eſſe:modo nō de tota ſpecie ꝯcedat̄:nō eſt ꝯtra
phyſicas rōnes:boni nāq̄ Phi aſſerunt centrales terrę
ꝑtes eſſe corruptibiles,quę nunq̄ corrūpent̄:⁊ tn̄ appe
titꝰ corruptionis nō eſt fruſtra:qm̄ in ſpecie ſaluari pōt.
P̄.Forma ignis aliq̄ eſt ifinito tpe futuro gn̄abilis:quę
nunq̄ gn̄abit̄:⁊ tn̄ nō eſt fruſtra. Sufficit enim vt aliq̄
ſui ſpēi gn̄et̄.Sic igit̄ indiuidua eſſe fruſtra,modo tota
ſpēs non ſit fruſtra:ꝓhibet nihil, Aias itaq̄ nō oēs eſſe
fruſtra ꝯcedi pōt,modo ſemꝑ aliq̄ aia attingat opatio/
nem ſibi nālez:vt eſt in caſu nr̄o.Semꝑ.n.aliqua aia in
corpe eſt,quę intelligit:⁊ ſemꝑ aliq̄ aia eſt,vtpote ſepa/
rata:quę nihil itelligit.ḡ aliquas aias fruſtra eē,vtpote
ſeparatas,nō eſt ꝯtra phyſicas rōnes.At dicere itelleᵘᵃᶻ
aiam mori cum corpe,eſt ꝯtra phyſicas rōnes,vt viſuz
eſt:quare minus malū erit ꝯcedere aias fruſtra eſſe ſm̄
indiuiduū,q̄ eas mori cum corpibꝰ. Accedit ꝙ ſanctiſ/
ſimi doctores h̄ nō abhorrēt,de his aiabus : quę remā/
ſerūt poſt obitū eoꝝ corpoꝝ:quę in vtero corrupta fue/
rūt.Hę enim aię cuz nihil in corpibꝰ intellexerūt,nihil,
vt arbitror,itelligent poſt obitū,niſi aliqua deo ꝑmittē
te:aut ſupiore ſuba reuelāte:aut per aliuz modū.P̄.Aię
maleficoꝝ hoium beatitudine p̄uant̄ ꝑpetuo:quā nāli
deſiderio appetūt:ḡ fruſtra ſunt:cum nunq̄ ad finē ad
quē iſtitutę ſunt,vētutę ſunt:ergo ꝓhibet nihil illas fru
ſtrari:modo aliquę in ſpecie ſint,quę finē illū attingāt.
Quare dicere aias ſeparatas fruſtra eſſe vel aliquas ta
les:nō eſt ꝯtra phyſicas rōnes:modo nō de oibus in to/
ta ſpecie hoc ꝯcedat̄.At dicere animas cum eoꝝ corpi/
bus mori,⁊ ꝯtra phyſicas,⁊ cōtra catholicas rōnes eſſe
videtur.Hactenus de primo modo.

Scd̄s modus,quo refutat̄ eadē ſuppoſitio:⁊ iteꝝ diſ/
putat̄ an aia poſſit ſine phātaſmate itelligē. Cap.LX.

Hactenus pro opinione,nūc pro ꝟitate dicē/
dū erit.Aiaduerſione ḡ dignū de ipſo itelli/
gere Ariſ.diſſentire a Platone,nam Plato
voluit intelligē in nobis,accedē itrinſecus,
vtpote per ſpēs aię inatas,iuxta quē modū
phātaſma nō reqrit̄ ad intellectionē aię,ſed ad intelli/
gere noſtruz:qd̄ eſt qd̄dā reminiſci. Nō enim ſm̄ Pla/
tonē itelligē cauſat̄ a rebus ſenſibilibꝰ,ſz eſt aię ꝯnatū:
at nos ex phātaſmatibꝰ reminiſcimur.Scd̄m Ariſt.aia
nō itelligit ſine phātaſmatibus,nō eniz in illa fieri pōt
alicuiꝰ rei ſpēs,aut itellectio,aut notio,niſi phātaſma in
ipſa ſpēm fecerit,aut notionē,aut aliqd in ea genuerit,
per qd̄ aia q̄ſi actuata,⁊ ſpecificata,reducat ſe ad itelli
gēduz:vt Simplicius ait in poſtp̄ntis.Un̄ doctiſſimus
Simplicius in poſtp̄ntis imaginat̄ aiam pati aliqd ab Caplo de
externo motore : qd̄ Ariſ.ex eo,qꝛ talis externus motor actione.
eſt in virtute phātaſtica:phātaſma appellat . Iſtud ꝟo
qd̄ a phantaſmate patit̄:Themiſtius noeſem aliqn̄ ap/
pellat,aliqn̄ noema,Ariſ.nūc ſpēm,nūc formā,nūc no/
tionē:hac aia ipa reddit̄ actuata,quę poſtq̄ ſic affecta,
actuata eſt,elicit ſuū itelligere,⁊ iudicat per talē ſpēz:h̄
vbiq̄ Ariſ.appellat itelligere:ꝑpea dicit aiam nequaq̄
itelligere ſine phātaſmate,quatenus ab illo accepit for
mā,atq̄ actum,e quo actuata itelligit atq̄ eius opatio/
nē eligit,hęc Simplicius:qua rōne fit,vt phātaſma nō
ſit nec̄iuz tanq̄ cauſa imediata ad ipm̄ itelligere:vt ar/
bitrat̄ Pōpon̄.ſed tanq̄ cā mediata:quę ꝯcurrit ad ge/
nerationē p̄mi actus,quę eſt forma aię.Utrū ꝟo poſtq̄
talis p̄mus actus factꝰ eſt in aia:aia poſſit itelligere ſi/
ne phātaſmate,ſupius declarauimus. Diximus.n.phā/
taſma eſſe nec̄iuz per accidēs:qꝛ pro itelligere ipius aię
dū eſt in corpe. Cum.n.aia eſt in corpe:ipſa nec̄io ꝟtuti/
bus ſenſitiuis ꝯnectit̄:ꝓpterea itelligere nō pōt,gn itel
ligat vlē in ſingulari phātaſiato:⁊ ita nō ſine phātaſma/
te . At pro itelligere aię actuatę in ſe,vt aia actuata eſt,
nō eſt nec̄iuz:qm̄,vt recte Simplicius inqt,aia actuata
ab eo,qd̄ a ſenſibilibus accepit,qcqd illud ſit,habet id
omne:quo pōt eius actū per ſe elicere.quare phātaſma
eē nec̄iuz ipſi aię pro eius itellectiōe,bifariā itelligi po
teſt,aut quatenus aia nōdū aliqd accepit a ſenſibilibꝰ,
aut q̄tenus aia effecta eſt in actu a ſenſibilibꝰ:p̊ mō aia
ſine phātaſmatibꝰ nequaq̄ itelliget:cuiꝰ ꝯriū Plato au/
tumat:qui voluit aiaz in illo priori in quo pręcedit cor/
pus,⁊ in quo nihil accepit a ſenſibilibꝰ,itelligē,vtpote
per ſpēs inatas.Scd̄o ꝟo modo.ſ.quatenus a ſenſibili/
bus actuata eſt,bifariā itelligi poteſt,aut ſimplr̄,vt aia
actuata,⁊ ſic nō eget phātaſmate:qm̄,vt Simpliciꝰ di/
cit,habet id omne:quo ſuū actuz elicere pōt.aut,vt cor/
pori vnita,⁊ ſic elicere nō pōt eius actū ſine phātaſma/
te,h̄ eſt,gn oīm vlē itelligat in ſingulari phantaſiato:⁊
gn ſenſus iterni actu opent̄. Hoc aūt,vt diximus,acci/



UVA. BHSC. IyR_143_2

dit aīę actuatę vt actuata eſt. Unñ vt viſus colores ꝑci-
pere nõ põt,ſine pariete,lꝫ parietem nõ ꝑcipiat:ſic aīa
coꝛpi vnita vl̃ia ꝑcipe non põt,ſine phãtaſmatibꝰ:in q-
bus ſunt:lꝫ nõ neč̃io phãtaſmata ꝑcipiat. Ex his appa-
ret ꝑpulchꝛe quatenus aīa nequaq̃ȝ ſine phãtaſmate in-
telligere põt,qm̃ elicere nõ põt eius actuȝ,qn aliqd ac-
cepit ab ipſis phãtaſmatibus.pȝ inſup recte Ariſ.argu-
mẽtatũ eſſe ꝯtra Platonẽ,ſi nullũ operũ eſt aīę ꝓpriũ:
ipſa nõ põt eẽ ſeparata ꝟ eſt facta ante coꝛpus:vt Pla-
to dicit:lꝫ in futurũ poſſit eſſe ſeparata.Qm̃ ꝟo nullum
operuȝ ꝓpriũ ſit,ex eo pȝ:qꝛ itelligere aut phãtaſia eſt,
aut nõ ſine phãtaſia:qm̃ aīa nõ põt elicere ſuuȝ actum,
niſi ꝑaffecta ab ipſo phãtaſmate:quę oīa cuȝ Põpo.nõ
recte ꝑlibꝛaſſet,detruſus eſt ad opinionẽ illam falſam.
Utrũ ꝟo aīa a phãtaſmatibꝰ accipiat actuȝ p̃m ſine cõ-
curſu agẽtis itellectꝰ,ꝛ ad qd neč̃ium ſit intellectꝰagẽs,
in Cõmẽtarijs de aīa:quę nuꝑrime ꝯficimus,ꝑpulchꝛe
diſputauimus. Nũc ꝟo pro veritate ſatis ſit nobis aſſe-
rere aīam itelligere nõ poſſe,ſm̃ Ariſ.ſine phãtaſmati-
bus,ꝟ eſt,qn aliqd accepit a phãtaſmatibus:quo acce-
pro ipſa eliciat actũ ſuũ.Utruȝ ꝟo poſſit itelligẽ ꝑ aliũ
modũ ꝛ in coꝛpe,ꝛ poſt moꝛtẽ,Poſtea dicemus.

❡ Soluitur pꝛima ratio,ꝛ declarat̃ quomodo anima ſit
actus coꝛpoꝛis. Cap. LXI.

HJs dilucidatis,nunc ad rõnes Põpo.acce-
damus,Argumẽtat̃ g̊ p̃mo:Aīa eſt actꝰ coꝛ
poꝛis,ergo in oꝑando depẽdet a coꝛpe.vbi
pȝ p̃ eius argm̃ nõ valere:qñqdeȝ quęlȝ cęli
aīa eſt actꝰ cęli: quę tñ in intelligẽdo a cęlo
nõ depẽdet,nec,vt a ſubo:nec vt ab obto:ꝑpea aīaduer
ſione dignũ foꝛ^{as} aliq̃ȝ actũ coꝛpis eẽ,poſſe bifariã itelli
gi,aut depẽdẽter:aut indepẽdẽter. Depẽdẽter qdeȝ,hę
foꝛmę ſunt coꝛpis actꝰ:quę ab ip̃o coꝛpe depẽdẽt in eẽ,
ꝛ cõſeruari:vt ęl̃ntarię foꝛmę,ꝛ cęterę id genus:ꝛ tales
foꝛmę in oꝑando dependẽt a coꝛpe,ꝛ vt a ſubo,ꝛ vt ab
obto.Jndepẽdẽter ꝟo hę foꝛmę ſunt,e qbus coꝛpus q-
dẽ depẽdet,ipſę ꝟo a coꝛpe minime:vt cęloꝝ,ꝛ hoīum
aīę:ꝛ tales in oꝑando a coꝛpe per ſe nõ depẽdẽt,nec vt
a ſubto:nec vt ab obto.Per accidẽs ꝟo depẽdẽ pñt,ſal-
teȝ aīę hoīuȝ,quę dum ſunt actꝰ coꝛpis ab illo depẽdẽt,
vt ab obto:pñt etiã depẽdere a coꝛpe in acq̇ſitione p̃mi
actꝰ,quo reddant̃ actuatę,ꝛ ꝑfecte in eliciẽdo ſm̃ actũ,
vt dictũ eſt.patet g̊ quatenus p̃a Põpo.ratio nõ cogit,ꝛ
q̃uo itellectiua ipſa aīa actus eſt coꝛpoꝛis quaſi ęquoce:
veluti cęli aīa eſt cęli actus:vt dicebat Auer̃.

❡ Refutatur 2a Põpoñ.ratio ꝛ declarat̃ quo modo in-
telligere per phãtaſma eſt eſſentiale,ꝛ quo modo acci-
dentale animę. Cap. LXII.

PRęterea argumẽtat̃,aīa itelligit per phan-
taſma,igit̃ hic intelligendi modus erit aīę,
aut eẽntialis,aut accñtalis: ꝛ ſi accidẽtalis
alius erit eẽntialis:qui nõ videt̃. Diximus
ſuꝑius animaȝ itelligere per phãtaſma,vt
Simplicius dicebat,quãtũ ad acq̇ſitionẽ ſpẽrum itelli
gibiliũ:nõ aũt poſtq̃ȝ eas acq̇ſiuit:nã poſtq̃ȝ aīa accepit
ſpẽs a phãtaſmatibus,ipſa ſic actuata põt elicere actuȝ
ſuũ.Diximus etiã ipſam poſtq̃ȝ ſpẽs acq̇ſiuit duȝ eſt in
coꝛpe:egere phãtaſmate eo mõ quo viſus ꝑcipiendo co
loꝛes eget pariete:naȝ vt coloꝛes eẽ nõ pñt ſine pariete:
ita vl̃ia ſine phãtaſmatibus:quę ſunt ſingularia phãta-
ſiate exñtia in coꝛpe:qꝛ vt viſus ꝑcipit coloꝛes in parie-
te:ꝛ parietem tũc nõ ꝑcipit:ſic aīa ꝑcipit vl̃ia in phãtaſ-
matibus:ꝛ illa nõ ꝑcipit:g̊ ſic̃ viſus nõ videt ſine parie-
te:ita aīa dum eſt in coꝛpe:nõ itelligit ſine phãtaſmate.
Abſolute tñ aīa poſtq̃ȝ ſpẽs acq̇ſiuit,põt itelligere ſine
phãtaſmate:eſt tñ hęc dñia ꝙ aīa in coꝛpe exiſtens aliq̃
coꝛꝑali nõ eget,qđ ad itelligẽdũ ſimul cum itellectu ſit
p̃nm̃ itellectualis oꝑationis:ſicut in viſu accidit:nõ.n.vi
ſionis p̃nm̃ eſt viſus tm̃:ſed oculus:qui ex viſu,ꝛ pupilla
ꝯſtat,Si ꝟo intelligẽ per phãtaſma nõ eſt eẽntialis aīę
intelligẽdi modus:ſed accñtalis:pȝ ꝙ eẽntialis modus
erit per ſpẽs:nõ enim aīa itelligere põt ſine ſpẽbus:aut
quas accepit a phantaſmatibꝰ:aut quas accepit aliũde,
vt catholici aſſerũt.Ari.aũt voluit eſſentialẽ intelligẽdi
modũ ꝛ aīę ꝓpriũ quo ipſa entia nãlia itelligit eſſe per
ſpẽs a phãtaſmatibꝰ acq̇ſitas,Plato ꝟo per ſpẽs,cum
aīa inatas. Catholici ꝟo per ſpẽs aut a phãtaſmatibus
acceptas,aut aliũde influxas:veruȝ de hoꝝ dñia nũc ſa
tis:quia poſtea plura dicemus.

❡ Refutat̃ 3a ratio,ꝛ declarat̃ aīam nõ itelligẽ niſi per
vnũ intelligẽdi modũ ſm̃ Ari. Cap. LXIII.

PRęterea argumẽtabat̃,vnius eẽntię vnus
eſt oꝑãdi modus: at aīę vna eſt eſſentia,
ergo nõ põt intelligere niſi per phãtaſma.
Sed ex his patet hãc rõneȝ friuolã eſſe:di-
ximus.n.nõ itelligere aīaȝ,niſi per vnũ mo
dum.ſ.per ſpẽs reruȝ:quas itelligit:ſiue illę ſint acceptę
a phãtaſmatibꝰ:ſiue aliũde influxę. Diximus etiã aīaȝ
nõ intelligẽ niſi per vnũ modũ.ſ.quatenus itelligibilia
actu ſunt itellecta:ſiue illa actu intellecta ſint recepta a
rebus:ſiue aliũde,vt poſterius dicemus: tñ aīa cum ſit
vnius ſimplicis eſſentię:nõ niſi per vnũ intelligẽdi mo-
duȝ intelligit,qa qcq̇d intelligit,itelligere videt̃,quate-
nus eſt in actu. Hic eiȝ eſt ꝓpꝛius:ꝛ eſſentialis eius ope-
rãdi modus:de quo ſuperius diximus.

❡ Refutat̃ 4a ratio:ꝛ exponit̃ quatenus aīa nunq̃ȝ mu-
tat ſuuȝ intelligẽdi modum ſiue ipſa ſit in coꝛpoꝛe:ſiue
extra coꝛpus. Cap. LXIIII.

ARgumẽtat̃ inſuꝑ:ſi aīa poſt moꝛtẽ itelligit
ſine phãtaſmate:mutaret ſuum intelligẽdi
modũ:ꝛ itelligeret,veluti ſuba ſeparata cę-
leſtis itelligit.Sed in hac rõne dupl̃r erra-
tur:p̃mo qꝛ aīa ſemꝑ ſeruat ſuum itelligẽdi
modũ:qui eſt intelligẽ omne,qđ itelligit,vt eſt in actu:
vndecũq̃ȝ illud actu ſit.Cuȝ.n.eſt in coꝛpoꝛe:nõ itelligit
qđ itelligit,niſi quatenus illđ eſt in actu: ꝛ poſtq̃ȝ eſt ex̃
coꝛpus,ſil̃r nõ intelligit,qđ itelligit,niſi illud actu ſit,ꝛ
duȝ deũ beatifice intelligit,eodẽ modo itelligit deũ,vt
actu itelligibile eſt,g̊ ſuum itelligẽdi modũ nunq̃ȝ mu-
tat.Scđs erroꝛ eſt,qꝛ dato ꝙ hic intelligẽdi modus ſit
dei:ꝛ cęteroꝝ itellectuũ:nõ ꝓpterea aīa nr̃a eſt deꝰ,aut
aliqs alioꝝ itellectuũ:qm̃ hũc itelligẽdi modũ deus hȝ
per eẽntiã ꝓpꝛiã.Omne.n.qđ deus itelligit,per eẽntiaȝ
eius itelligit,cęteri itell̃s hũc intelligẽdi modũ hñt nul-
latenus depẽdẽdo a rebus: at aīa nr̃a aliq̊ mõ depẽdet
a rebus:nõ.n.itelligẽ põt res,nãles:niſi accepit ſpẽs a
phãtaſmatibꝰ:nec res diuinas intuitiue atq̃ȝ btifice:niſi
accepit aliqd a rebus:quo attollat̃ ad beatificam itelle
ctionem,vt ſuꝑius diximus:ergo ęquoce q̃ſi hic modus
intelligẽdi eſt aīę,ꝛ cęteroꝝ intellectuum.

❡ Refutat̃ 5a ratio:ꝛ declarat̃ per ſignũ q̃tenus aīa põt
itelligẽ aliqñ ſine phãtaſmate. Cap. LXV.

ARgumentabit̃ etiã per nullum nãle ſignũ
euidẽs ſciri põt aīam hr̃e alium itelligẽdi
modũ q̃ȝ per phãtaſma.ergo nãlis Phs il-
lud ponere non debet.Patet aũt nos poſſe
intelligere ſine phãtaſmate duplici experi
mẽto:altero quidẽ:quo nos exꝑimur intelligere ſimpli
citer vl̃ia:quę actu intelligũtur ſine materia:ꝛ oībꝰ ma-
terię cõditionibꝰ.Ex hoc enim ſcimus intellectũ noſtrũ
nõ depẽdẽ

UVA. BHSC. IyR_143_2

nõ depẽdere a mã̃, vel corpore, vt a ſubõ, ex quo: quare
ex hoc ſcimus ipſam poſſe remanere ſine eius ſubto: in
quo eſt: quo ↄceſſo: ſcimus ipſam hr̃e poſt hoc aliquam
oꝑationez, aliogn ocioſa remaneret: altero vero, quo nos
exꝑimur velle in ↄ̃riuz illius: ad qđ nos mouet corpus.
Volumus.n. aliqñ ea: ad quoꝝ ↄ̃rium nos impellit cor
pus: qđ nõ eſſet, niſi aĩa eſſet per eſſentiã ab illo libera:
quo ↄceſſo, ſcimus ĩpam poſſe remanere ſine illo: ⁊ cuz
nõ ſine oꝑatione: patet nos bonis exꝑimẽtis poſſe ſcire
aĩam hr̃e alium intelligẽdi modũ, q̃ per phãtaſma. Di-
cebamus eniz modũ eſſentialẽ aĩe eſſe ĩtelligere, qđ in-
telligit, quatenus eſt in actu: hũc enim modum ſemper
ſeruat, quouis modo ipſa repiatur.

¶ Refutatur 6ª ratio, ⁊ declaratur quatenus anima ſe-
parata non remanet ſine corpore: ⁊ quatenus remanet
ſine corpore. Cap. LXVI.

Prçterea argumẽtat̃: Ari. nullã poſuit intel
ligẽtiã ſine corpore: quãto minus aĩam: quę
eſt minus ſeparabilis: hoc argumẽto pręce
Nicoleti opinio. ptor noſter Nicolet⁹ Theatinus in eo libel
lo: quez de ĩmortalitate aĩe ↄſcripſit, aſſerit
aĩaz poſt mortẽ vni⁹ corꝑis, effici formã alterius. Ima-
ginabat̃ enim p̃ᵐ inſtãs ĩformationis noui corꝑis, eẽ p̃ᵐ
nõ eẽ prioris corꝑis: nõ enim poterat credere Ari. velle
aĩam poſſe remanere ſine corꝑe: cum nec ponat aliquã
ĩtelligẽtiã ſine illo, lõge ſeparabiliorẽ. Sed hęc poſitio,
Cap. 58º. ſalua pace tãti viri: eſt ↄtra ea: quę ſupius diximus. Di-
cebamus.n. oẽs aĩas ſolum poª corpa p̃cedere: actu vero
nullã: qđ Ari. ſigno ꝓbauit, q̃ nullã habet oꝑationẽ an-
te corpa: p̃terea tunc aĩa eſſet mobilis, vt p̃ de aĩa dedu-
cit Ari. P̃. Ariſ. 2º de aĩa cõmẽdat eos: qui aĩam nõ eſſe
ſine corꝑe dicebãt. ſ. tpe, aut ęternitate p̃exñtẽ: nam hoc
ↄceſſo: poſſet accipe qđlibet corpus. P̃. 12º p̃mę phĩę ꝓ-
bat nullã formã factã eſſe ante eius cõpoſitũ: q̃ lz effe-
ctrix cã ſuuz effectũ p̃cedat: formalis vero eſt ſil' cum ſuo
effectu. Alia etiã multa ↄtra hãc opinionẽ ꝓbauimus in
liº p̃ trac. p̃ liº de intellectu. Dicamus ḡ nũc, ꝙ nec opinio vera eſt:
nec argᵐ cogit. Nam poſt obitũ ſui corꝑis, dupl'r rema-
net in corꝑe, vno modo habitudine: ⁊ h̃ pacto aĩa poſt
obitũ eius corꝑis remanet in eodẽ corꝑe, nõ per actua-
lez illius corꝑis ĩformationẽ: ſed per habitualẽ, ſiue ha-
bitudinalẽ, vt Plato exponit in liº Gorgię circa finem.
Remanet.n. poſt obitum ſemꝑ forma, quę põt idẽ cor-
pus nũo ĩformare. Sed dices cur, aliqñ nõ ĩformabit,
T. c. 41. Plato ↄceſſit aĩam aliqñ redicturã. Ariſ. negat in lib. de
aĩa ⁊ lib. de gñatione, ⁊ in lib. p̃ñtoꝝ: q̃ deficit agẽs po-
tẽs idez numero corpus facere. Sed dices ergo fruſtra
erit habitudo: lz de re hac cõplura in liº de cęlo p̃mo di-
ximus: nũc raptim dicimus nõ eẽ abſurdũ aĩaz eẽ vni-
bilẽ: quę nunq̃ vniet̃ ſm Ari. modo aliqua in ſpecie ſit
ſemꝑ vnita. Scđm enim Ariſt. ęternus eſt mũdus, ideo
ſemꝑ aliqua aĩa eſt corꝑi vnita. pz ḡ aĩaz poſt obitũ cor
poris remanere ſemꝑ in eodẽ corꝑe habitudine. Sz di-
ces cur intelligẽtia nõ põt eſſe actu ſine cęlo: aĩa vero põt
ſine ſuo corꝑe ſm Ariſ. põt cã reddi ex eo: q̃a in neceſſa
rijs poſſibile eſt nec̃iuz, ⁊ in ſempiternis poſſe eſt eſſe: ⁊
Com. 34º. melius eſt nec̃iuz ſm Ari. 2º de cęlo lib. quare cum cęlũ
ſit ęternũ: ſi põt ſibi ĩtelligẽtia eſſe vnita: erit ſibi nec̃io
vnita. At in nobis nõ eſt ita: corpus.n. mortale eſt, ideo
lz poſt mortez illa aĩa ſit vnibilis: nõ ꝓpterea eſt actu ⁊
nec̃io vnita: cęleſtis ergo aĩa cęlo nec̃io vnit̃ neceſſitate
ſubiecti: nõ aũt neceſſitate aĩe: at aĩa nr̃a nec neceſſitate
ſubiecti: nec neceſſitate aĩe. Eſt eniz aĩe nr̃ę ſubm corru-
ptibile: ⁊ aĩa nõ nec̃io a corꝑe ipſo dependẽs. Scđo vero
modo aĩa poſt obitum ſui corꝑis, remanet in corpore, ⁊
q̃dez actu. Nõ tñ in eodẽ corꝑe: ſed in ſtella cõpari vel
alio corꝑe. In illo enim corꝑe aſſiſtit, ⁊ in eo ſua fruitur
oꝑatione. Vtrũ vero hoc ſit ꝑipathericũ: ⁊ quo ſigno poſ-
ſit ĩpe ꝑipatheticus hoc depẽdere: ⁊ q̃d ſit ſtella cõpar,
poſterius dicemus. Nũc vero patet Ari. nullã formã po-
ſuiſſe ſine corꝑe ſimpl'r ſeparatã: q̃n aut actu, aut habi-
tudine illa ſit in certo ↄſtituto corꝑe: qđ puto eſſe ꝑipa-
theticuz, vt Ariſt. ipſe 12º p̃mę phĩę apte teſtat̃: ⁊ ratio T. c. 17.
dictat. Eſt enim aliqua aĩa quę ꝓpter ſe nõ eſt ſepara-
bilis: vt ſenſitiua: et vegetatiua: aliqua quę ꝓpter ſe eſt
ſeparabilis, ꝓpter ſubm inſeparabilis: ergo erit aliqua
quę ꝓpter vtrũq̃ erit ſeparabilis: talis eſt intellectiua.
Hęc eniz q̃a ĩtellectiua: ſeparabilis eſt, ⁊ q̃ corpus eius
mortale: etiã erit ſeparabilis. Illę ergo extremę inſepa
rabiles ſunt actu: altera, q̃a ſua nã̃ depẽdet a corꝑe: alte
ra, q̃a eius corpus ſemꝑ depẽdet ab ipſa: ḡ media, cum
nec ipſa ab eius corꝑe nec̃io depẽdeat, nec ſuuz corpus
ſemꝑ ab ĩpa: erit actu q̃dez aliqñ ſeparata. Habitudine
vero ſemꝑ alicuius corꝑis actus: quã expoſitionẽ bonus
Simplicius perpulchre notauit in definitione data de
aĩa, dicẽs intellectiuã aĩam eſſe actum corꝑis per ſe ſm
habitudinem: nõ autem ſm actum.

¶ Refutatur 7ª ratio: ⁊ exponit̃ ſi eſt abſurdum eſſe in-
finitum in actu. Cap. LXVII.

Prçterea argumẽtat̃: ꝙ data aĩe ĩmortalita
te: cum mũdus ſit ęternus, ⁊ hoĩes ęterni in
ſpecie per ſucceſſionẽ: erunt aĩe poſt mortẽ
hoĩum ĩfinitę. Hoc argᵐ in liº de intellectu
plene eſt diſputatũ. Nũc vero dicamus Egiᵐ
Romanũ virum doctiſſimũ dixiſſe h̃ argᵐ eſſe nouuz:
nec erat tpe Ariſ. aliquo pacto notũ: nam ſi fuiſſet notũ:
Ariſt. nõ opinatus eſſet mũdi ęternitatẽ: qđ vero nõ fue-
rit notũ: ex eo teſtat̃: q̃ nec tpe Auer. erat notuz: qui fuit
quaſi ſibi coętaneus. Si enim fuiſſet notuz tpe Auer̃. il-
le hoc induxiſſet ad ꝓbãdum aĩe vnitatẽ. Propter hęc
bonus Egidius tanq̃ minus malũ ↄcedit Ariſ. ſibi ↄ̃di-
cere. Ego vero dico hoc argᵐ fuiſſe notũ tpe Auer. Nã liº
deſtructio deſtructionũ diſputatione p̃ª Auer. hoc argᵐ In ſol. du
ad vbuz fecit: vt eo loco notaui. Scđo dico Ari. nõ ſibi by. 7.
eſſe ↄ̃riuz, nã vt diuus expoſitor Thomas inq̃t, Ariſ. ꝓ-
bauit ĩfinitũ nõ eſſe in corꝑib⁹, vel in nũis, aut in nũoꝝ
ſpẽbus: quę cauſant̃ ex diuiſione corꝑis: naz ↄceſſo tali,
vel his ĩfinitis: nihil eſſet p̃ter hꝯ, vt Ariſ. ꝓbat: at in re-
bus incorꝑeis Ari. nõ negat ĩfinitũ actu eẽ: ⁊ ſpẽs nũoꝝ
eſſe actu ĩfinitas: q̃ ex hoc nullũ ſeq̃tur eoꝝ abſurdoꝝ:
quę Ari. deducit, vt 2º de ĩtellectu lib. plenius legere po
teris. Alij vero phĩę Ari. nõ ignari dixerũt in rebus incor
poreis actu ĩfinitũ eẽ poſſe, imo de facto eẽ, actualitate
entis. Nõ aũt actualitate acceptionis: qm̃ nõ tot aĩe ac-
cipi poſſunt, q̃n plures ſemꝑ reſtent accipiẽdę: ſed quã-
tum hęc valeant: libro de ĩtellectu diximus.

¶ Refutat̃ 8ª ratio: ⁊ oſtendit̃ aĩam eſſe mediã: lz aliqñ
poſſit ĩtelligẽ ſine phãtaſmate. Cap. LXVIII.

Prçterea argumẽtabat̃: eſt forª: cuius oꝑa-
tio eſt ſine corꝑe ſimpl'r. ſ. tanq̃ obiecto, et
ſubiecto: ⁊ dat̃ forma cuius oꝑatio eſt cum
corꝑe vtroq̃ modo: ergo dat̃ media, cuius
oꝑatio eſt ſine corꝑe vt ſubto: ⁊ nõ ſine cor-
pore, vt obto. Nos vero dicimus debitum naturę ordinẽ
eſſe, ꝙ det̃ forª: cuius oꝑatio nec e corꝑe incipit, nec per
corpus explet̃: vt cęleſtes aĩe: dat̃ ⁊ forma: cuius oꝑatio
incipit a corꝑe, ⁊ per corpus explet̃: vt ſunt mãles quę-
uis. dat̃ ⁊ media: cuius oꝑatio a corꝑe incipit: nõ tñ ex-
plet̃ per corpus: vt ĩtellectiua aĩa: cuius intelligẽ ⁊ velle
a corpore incipiũt. Nõ aũt explent̃ per corpus: nec per



UVA. BHSC. IyR_143_2

aliquā coꝛpis ꝑtē. Hoc pacto oꝛdo debit⁹ eſt, ⁊ poſſibi-
lis, vt rõnes demōſtrāt, illo modo, vt ipſe cōſtituit. Oꝛ-
do nō eſt poſſibilis: vt pulchꝛe ſupius diximus.

¶ Refutať 9ᵃ ratio, ⁊ declarať q̄uo aīa ſeparata eſt hoc
aliqd, ⁊ per ſe ſubſiſtēs. Cap. LXIX.

Preterea argumētabať: ſi aīa poſt moꝛtem
remaneret, ipſa eſſet per ſe ſubſiſtēs, ⁊ hoc
aliqd: quo ꝯceſſo nō erit foꝛᵃ: qua cōpoᵐ eſt
per ſe ſubſiſtēs, ⁊ hoc aliqd. Sed hoc argᵐ
nō cogit: petit tñ magnā q̄ōnem, an. ſ. aīa ſit
per ſe ſubſiſtēs, ⁊ ħ aliqd: ex eo. n. qꝛ foꝛma eſt, hoc ali-
quid eſſe non pōt. P̄. Si aīa eſt hoc aliqd, ⁊ per ſe ſubſi
ſtēs: erit q̄ōdā indiuiduū, ⁊ qdē in ſpecie cōpletum: quo
ꝯceſſo: tūc coꝛpus eſſet ei ſupadueñtitiuz, ⁊ accñtale/aut,
vt albū parieti, aut nauis ipſi nauclero: ⁊ ſic a coꝛpe nō
acciperet ſue ſpēi cōplemētū. P̄. Si aīa ħ aliqd, ⁊ per ſe
ſubſiſtēs eſt, nō videť cur coꝛpi debuerit vniri: naz aut
illi vnieť ꝓpter bonuz eius eēntiale, aut accñtale: nō ꝓ-
pter bonuz eēntiale: qa tunc ſine coꝛpe nō poſſet per ſe
eſſe: nec pp bonū accñtale: qa p̄cipue tale bonū accñta-
le videreť veri notitia: quaz humana aīa per ſenſus ac-
cipit: qui ſine coꝛpe eſſe nō pñt: At talē veri notitiaz aīa
hře pōt, ſine ſenſib⁹: ⁊ ſine coꝛpoꝛe, vt pz in his aīabus:
quę pueroꝝ fuerūt, qui anteq̄ȝ in lucē ędereńt, in vtero
moꝛtui fuerūt. Hę enim veri notitiā, atq̄ȝ rerum ꝑfectā
cognez hře dicunť: quā (vt ꝯſtat) per ſenſus nō accepe-
rūt. P̄. Si aīa eſſet hoc aliqd, ⁊ per ſe ſubſiſtēs, nō eſſet
foꝛma in alio. P̄. Si humana aīa eſt hoc aliqd, ⁊ per ſe
ſubſiſtēs: aliquā ꝓpꝛiam opationē hřet. Si enim aliqd
operū eſt ꝓpꝛiū: ipſa erit ſeparata: ergo ſi ipſa eſt ħ ali-
quid, ⁊ per ſe ſubſiſtēs: cum ex ħ ipſa ſit ſeparata: habe
bit aliquaz ꝓpꝛiā opationē: ꝙ ꝟo ipſa nullā ꝓpꝛiā opa-
tionē habeat, ex eo pz, qꝛ illa nō eſſet niſi ipm intellige-
re: qđ nō ſine phātaſmate eſt. Plato in Alcibiade p̄mo,
vbi de nā hoīs diſputat, arbitrať aīam nō ſolum per ſe
ſubſiſtere: ſed cōpletaz ſuę ſpēi nām hře tradit: aſſerēs
hoīem nō cōpoſitum ex aīa ⁊ coꝛpe eſſe: ſed aliud nihil
q̄ȝ aīam vtētez coꝛpe. Imaginať enim ꝙ ſicut cythare-
dus eſt hō cythara vtens: ⁊ credo hō inſtřis, qbus inci-
dit, vtens, ita hō eſt aīa coꝛpe vtens. Iuxta hāc opinio-
nem aīa erit ⁊ per ſe ſubſiſtēs, ⁊ ħ aliqd cōpletū in ſpe-
cie: erit ei ⁊ coꝛpus ſibi aduētitiū, vt inſtřm artifici: erit
p̄terea nō ipſa coꝛpi vnita: ſed coꝛpus ipſi ꝓpter perfe-
ctionem nō aīę, ſed ipſius coꝛpis. Inſup nō eſt ẜm Pla-
tonez aīa foꝛma in alio quaſi illud infoꝛmās, vel quaſi
illi accidēs: ſed vtēs: vt nauta naui. P̄. Scōm plura aīa
habet opationē ꝓpꝛiā: lȝ aīal humanuz nō habeat illā,
vt Plotinus dicit: ſed hęc opinio eſt reprobata ab Ari.
ex eo, qa aīa eſt actus coꝛpis: quo viuimus. Viuere aūt
viuētibus eſt eſſe. P̄. Si aīa eēt foꝛma coꝛpis vt nauta
naui, ⁊ vt cytharedus cytharę: tūc aīa nō daret ſpēz ho-
mini: ⁊ aīali ipſi humano: cuius ꝯtrariū videmus: nam
recedēte aīa a coꝛpoꝛe: illud nō remanet niſi ęquiuoce.
P̄. Si aīa eēt in coꝛpoꝛe, vt nauta in naui, ⁊ vt cythare-
dus in cythara: tunc vnio aīę ad coꝛpus nō eſſet niſi ac-
cidētalis: quo ꝯceſſo, tūc moꝛs, quę eſt ſeparatio animę
a coꝛpe: nō eēt coꝛruptio ſubalis. Verū de hac pōne vo-
lumus hęc ſufficere, qa alibi diſputabiť lōge diligēti⁹,
⁊ rōnibus euidētioꝛib⁹. Illud tñ nūc nobis ſatis ſit hāc
opinionē nō eſſe ꝑipatheticā, vt etiā Pōpoñ. autumat.
Alij ſunt qui aīam dixerūt eſſe oīno a coꝛpe, qa vel har-
moniam, vt Empedocles, vel cōplexionē, vt Galenus,
vel miſturā, vt Alexander, vel aliqd eductum ex ſemi-
ne, ⁊ per coꝛpus exiſtēs: vt Pōpoñ. hi ipſam nec per ſe
eſſe, nec per ſe exiſtere, nec per ſe ſubſiſtere, nec eſſe hoc
aliquid diceret: ſed penitus foꝛmā coꝛpis, ⁊ partē eius,
qđ eſt hoc aliqd: quę opinio reprobata eſt: nam vna aīę
opatio eſt intelligē vniuerſalia abſtracta ⁊ a mā: ⁊ a cō-
ditionibus materię: ad qđ intelligē nulluz coꝛpeum in-
ſtrumētuz cōicat, ita vt ſit intelligēdi oꝛganum, vt ocu-
lus videndi. P̄. Alia eius operatio eſt velle: qđ q̄ñq̄ȝ eſt
eoꝝ: quoꝝ cōtrarium coꝛpus affectat: ⁊ appetit: quę oīa
ſigna nobis ſunt, ꝙ aīa e coꝛpe nō dependeat: immo ſit
aliqd ab eo abſolutū per ſe ens, per ſe exiſtēs: cuius eſſe
coꝛpus participat: habēs ꝓpꝛiā ⁊ peculiarez opationē,
ad quam coꝛpus nō eſt ſimpliciter neciuz, ſed ſolū pro
illius acqſitione, ⁊ pro illius vſu dum ipſa eſt in coꝛpe.
Dicebamus enim coꝛpus nō eſſe necium ad ipm intel-
ligere ẜm Simpliciū, niſi pro acqſitione ſpecieꝝ: qbus
aīa ipſa reddať potēs elicere actū ſuum: q̄ñcūq̄ȝ volue-
rit. Nō aūt pro eſſe ſimpl'r, quādoqdem illis acqſitis: lȝ
ipſa ſine phātaſmate actuz elicere nō poſſit, dum eſt in
coꝛpoꝛe ꝓpter nexum ꝟtutuz, ⁊ qa dum eſt in coꝛpe in-
telligit vl'e in phātaſmate: tamē ſimpl'r pōt ſuū actum
elicere ſua nā: vnde de facto poſt moꝛtē elicit, cum nec
ſibi ſint ſenſus cōnexi: nec itelligat vl'ia in phātaſmati-
bus: quę ſunt in coꝛpoꝛe. Patet ergo ex ipſo intelligē et
velle, aīaz nō depēdere a coꝛpe, nec eſſe per coꝛpus, nec
exiſtere per coꝛpus, ſed potius coꝛpus eē ⁊ exiſtere per
aīam, vt 2° lib. de aīa Ari. expoſuit. ¶ Sed ad q̄ōnem
quę quęrit vtrū aīa per ſe ſubſiſtat, ⁊ ſit ħ aliqd, ex his
nō apparet reſpōſio: diuus Thomas, vt potui ꝑcipe in q. pᵃ.
q̄ōnibus de aīa, arbitrať aīam eſſe hoc aliqd ⁊ qdē per
ſe ſubſiſtēs: nō ita, vt habeat in ſe cōpletā ſpēm, ſed eſt
quaſi ꝑficiēs ſpēm humanaz, vt eſt foꝛma coꝛpoꝛis. Et
ſi recte percępi, videť mihi euz voluiſſe talē diſtinctio-
nē, ꝙ hoc aliqd, ⁊ per ſe ſubſiſtēs eſt duplex: alteruz qđ
nec depēdet ab alio, vt a ſubiecto: ⁊ nec ab ip̄o aliud, vt
a foꝛᵃ: hoc pacto Socrates, ⁊ Plato: ⁊ omne indiuiduū
ex materia, ⁊ foꝛma cōpoſituz eſt ħ aliqd, ⁊ per ſe ſub-
ſiſtēs, ⁊ quidē in ſpecie cōpletuz: hoc pacto etiam deus
eſt per ſe ſubſiſtēs: qa a nullo depēdet, ⁊ nullius eſt foꝛ-
ma: ⁊ iuxta hūc modum Auer. diceret nullam cęleſtiuz
aīarum eſſe hoc aliquid, ⁊ per ſe ſubſiſtēs: quoniā lȝ ab
eius cęlo nulla depēdeat, vt a ſubiecto: tñ cęluz ab ipſa
depēdet, vt a foꝛma. Et per hūc modum anima nō eſt
hoc aliquid per ſe ſubſiſtēs, ⁊ in ſpecie cōpletum: qa lȝ
ab eius coꝛpoꝛe nō dependeat vt a ſubiecto: tamē eius
coꝛpus ab ea depēdet, vt a foꝛma perficiēte, ⁊ ifoꝛmā-
te. Alterum ꝟo eſt hoc aliquid ⁊ per ſe ſubſiſtēs, qđ nō
depēdet a coꝛpe, vel alioquouis, vt a ſubiecto: tamē ab
ip̄o coꝛpus vt ab eius foꝛma perficiēte atq̄ȝ infoꝛmāte
dependet: ⁊ tale lȝ hoc aliquid per ſe ſubſiſtēs dicatur:
quatenus eſt ens ſimpliciter ẜm eſſentiaz eius indepē-
dēs: nō tamē eſt cōpletum in ſpecie: quoniaz eſt foꝛma
ſui coꝛpoꝛis ⁊ ꝑficiēs, ⁊ ip̄m infoꝛmās. Iuxta hunc mo-
dum aīa eſt hoc aliqd ⁊ per ſe ſubſiſtēs: ⁊ quęlibet etiā
cęleſtis anima: nam nec aīa itellectiua, nec intelligētia-
rum aliqua depēdet a ſuo coꝛpe: lȝ coꝛpus ab ipſa, vt a
ſua foꝛma depēdere videť ẜm Auer. Quia ꝟo hoc tale
per ſe ſubſiſtēs ꝑficit coꝛpus, nō eſt cōpletuz in ſpecie.
Ad hoc enim vt aliqd dicať cōpletuz in ſpecie, nō mo-
do requiriť, vt ipſum a nullo, vt a ſubiecto dependeat,
ſed vt ab ipſo, vt a foꝛma ꝑficiēte, nulluz coꝛpus depē-
deat. Et qꝛ nō eſt cōpletuz in ſpecie: ideo nō habet opa-
tionē, ad quaz ſaltē acqrēdam, vel per accidēs eius coꝛ-
pus, qđ ꝑficit, nō cōcurrat, ideo aīa (lȝ ſit hoc pacto hoc
aliqd) ⁊ per ſe ſubſiſtēs, nō habet opationē, qn ad illaz
aut acqrēdā/aut exercēdā per accñs: aliqñ coꝛpus ꝯcur-
rat. ¶ Ex his pz dĩa inter ħ aliqd p̄ modo, ⁊ 2° modo:

nam hoc

UVA. BHSC. IyR_143_2

nam hoc aliqd ṗmo modo habere pōt oꝑationē ꝓpriā
a nullo extra ſe depēdentē, nec pro fieri, nec pro vſu fa/
cti. At hoc aliqd ſcdo mō ſaltez pro fieri reqrat id: cuiꝰ
eſt forma perficiens, pro vſu facti vō, nō niſi per accñs
dum eſt in illo: dicebamus.n. aiaz reqrere phātaſmata,
ꝛ organa corporea, in qbꝰ phātaſmata ſunt, vt colores
in pariete, pro acqſitiōe ſpecieꝝ: nō aūt pro electiōe ſui
actus, niſi dum eſt in corpore, vel ꝓpter nexuz virtutū:
vel qꝛ duz eſt in corpore nō intelligit niſi vl'ia in phan/
taſmatibꝰ: quę ſunt in corpore. ¶ Ex his vlteriꝰ appet
obiecta nō cogere, primū quidez nō: quia nō eſt incōue
niens aiaz eē hoc aliqd per ſe ſubſiſtēs, ꝛ formā corpo/
ris: qm̄ non eſt hoc aliqd ṗmo mō: ſed ſcdo mō. Scdm
etiaz delet, quia ſi anima eſſet hoc aliqd ꝛ per ſe ſubſi/
ſtens ṗmo mō, eſſet in ſpecie cōpletum: eſſet.n. tunc ſm
omnes cōditiones hoc aliqd. Hac rōne pz ꝙ nec corpꝰ
aię: nec anima corpori eſt quid aduentitiū: qñqdem aia
eſt hoc aliqd, ꝛ forma ꝑficiens, vt dictum eſt. Tertium
refutat̄, qꝛ anima vnit̄ corpori, ꝛ ꝓpter bonū corporis
eſſentiale, ꝛ ꝓpter bonū eſſentiale cōpoſiti ex anima, ꝛ
corpore, ꝛ ꝓpter bonū accñtale aię, quę eſt notitia veri.
Cum vō dicebat̄ pueroꝝ aīas habere rerū cognitionē, De aiabus pueroꝝ.
ꝛ nō per corpus: de hoc poſtea dicemus copioſius: nūc
vō peripathetice arbitror eſſe dicēduz illas animas ni/
hil veri cognoſcere: imo poſt obituz nihil penitus intel
ligere. Ariſto.n. voluit phātaſmata eſſe neceſſaria ad in/
telligere, ſaltez pro acqſitione ſpecierū: qbꝰ aīa reddit̄
potens ſuum actū elicere. Cuz igit̄ animę taliuz nunꝗ̄
aliqd in phātaſmatibꝰ acceperūt: potentes nō ſunt eaꝝ
actuz elicere: ꝓpterea Ari. diceret has aīas fruſtra eſſe:
cum nunꝗ̄ ꝓpriā operationē attingere poterūt. Catho
lici vō dicerent, ꝛ has aīas, ꝛ aliquoꝝ hoiuz poſt mortē
intelligere nō res nāles: ſed aliqua, quę nō ex vi ſpēi hu
manę / ſz ex vi ſepationis intelligerēt. Aię.n. ex vi ſepa/
rationis intelligūt poſt mortē aliqua de pęnis ꝛ ṗmys,
de ſeparatiōe, vt ꝙ nō ampliꝰ ſunt in corpore ꝛ hꝰ: quę
nō vi ſpeciei intelligi pñt, ſed vi ſeparationis. Utrū vō
Ariſto. hęc diceret, poſtea erit differēduz. Quartū etiaz
nō cogit: diximus.n. hoc aliquid ſcdo mō poſſe eſſe hoc
aliqd pro ſe ſubſiſtens, ꝛ formā corporis: qm̄ nō eſt cō/
pletuz in ſpecie. Quintū deletuz eſt, diximus.n. aiaz nō
habere ꝓpriā operationē, ad quā ſaltez corpus nō con/
currat pro fieri: ꝛ pro vſu facti duz eſt in corꝑe: dicemꝰ
eniz ipſam nō eſſe hoc aliqd cōpletū in ſpecie: tñ habet
ꝓpriaz operationē, quatenus acqſitis ſpeciebꝰ ipſa per
ſe pōt elicere ſuū actum: ꝛ hoc ex eo ſibi competit, quia
nō depēdet a corꝑe, vt a ſubiecto. ¶ Sed adhuc dubi/
tatio occurrit nō parua. nam poſt mortem aia remanet
hoc aliqd, ꝛ per ſe ſubſiſtens, cuz habeat ꝓpriā opera/
tionē, ꝛ qdez ſine corpore: ꝛ nullius corporis eſt forma.
Utrū ergo ſit completa in ſpecie: videt̄.n. ꝙ ſic: eſt eniz
per ſe ſubſiſtens, ꝛ hoc aliqd: habet ꝓpriā operationez,
ꝛ nō eſt forma corporis: ergo eſt cōpleta in ſpecie. Acce
dit ꝙ ſi nō erit cōpleta: perpetuo ſtabit ſine ſuo cōple/
mento: ꝛ ita quaſi violenter. Ego dicerē talez aiaz nō eē
cōpletā in ſpecie, lz habeat oīa illa: qm̄ ad hoc, vt aliqd
ſit cōpletū in ſpecie, requirit̄, ꝙ nec acceperit aliqd ab
eius ſubiecto, quo reddat̄ potens agere: nec ſit aptitudi
naliter adhuc illiꝰ forma. Modo aīa accepit ſpecies a
corꝑe: ꝛ poſt mortez aptitudinal'r eſt forᵃ ſui corporis:
ad qō ſemper ſeruat habitudinē. Cuz vō dicebat̄ aiam
remanere aliqd violenter: reſpondet̄ nō eſſe abſurduz
ſm qd: lz ſimpliciter nō ſit aliquid violentum. P. Non
eſt abſurduz hoc: eſſe ſm indiuiduū / modo nō ſm to/
tam ſpēm tale ſit. ¶ Ex his apparet quomō anima ſit
hoc aliqd ꝛ per ſe ſubſiſtens: ꝛ quomō nō: hactenus de
nona ratiōe: ex ſolutione none rationis mox patet refu/
tatio decimę rationis: diximus enim nō eſſe abſurdum
animā ſm indiuiduū ſtare infinito tempore ſub modo
imperfectiori, ꝛ finito ſub modo ꝑfectiori: modo in ſpe
cie ſemꝑ ꝛ īfinito tꝑe aliq̄ ſit ſub mō ꝑfectiori: vt eſt in
ꝓpoſito: ſemꝑ.n. eſt aliq̄ aia cuz ſuo ſpeciei cōplemēto:
ꝛ ſemꝑ aliqua vnita corpori: ſemꝑ etiā aliq̄ imꝑfecta: lz
ſm ſubaz vtroqz modo ſit ęque perfecta.

¶ Repetit̄ vndecima rō, ꝛ cōplura dubia de aia poſt
mortem quęruntur. Cap. LXX.

P Ręterea argumitabat̄, de loco aię: cū.n. de/
ſinit corpꝰ īformare, ad locuz ꝓficiſcit̄, qō
eſt an ad illū motu, an alteratiōe ꝓficiſcat̄:
nō.n. vr̄ aliq̊ mō, cuz ſit ipſa īdiuiſibile qd:
qō moueri pōt 6° phyſi. Sin aūt remanet
nullibi ꝓhiberet nihil eē aliquas ītelligētias ſine corpo
ribꝰ nullibi exñtes: qō Ari. negat. Sz de aia poſt mortē,
nō hęc tm̄ dubitāda ſūt. Prio.n. dubitatio eſſet qſnam
eſſet illi locus. Scdo dubitarē an exiens ꝓficiſceret̄ in
dextrū, an ſiniſtrū, an ſurſuz, an deorſum: ꝛ rurſus q̊uis
loco: an nāl'r, an volūtate, ꝛ electiōe, ꝛ q̊uis mō, an ipſa
cognoſcat locū, ad quē delata eēt: an vt lapis ſine cogne
ad centrū: ita ipſa ad locū ꝓficiſceret̄: an ipſa cognoſcat
ſe mouē ad illū: ꝛ poſtꝗ̄ ꝑuenit, cog̊ſcat ſe ꝑueniſſe. P.
Si exit corpꝰ, vtrū cognoſcat ſe exiſſe ipz. P. Si aia de/
ſinit īformare, an ſucceſſiue, an ſubito deſinit īformare.
Inſuꝑ vtrū diuz aiaꝝ vnus ſit cōis locꝰ, an diuerſi. P.
Utrū oēs aię in eo loco ſint eq̄l'r affectę, an diuerſimo/
de. Adhuc vtrū poſt mortez aię patiant̄, aut gaudeant,
aut affectu aliq̊ afficiant̄, quo in vita nō affici dicebāt̄.
P. Utrū poſt mortē eoꝝ amicoꝝ, ꝛ ꝓpinquoꝝ muta/
tiōes cog̊ſcat, aia q̊ꝝ ꝛ in vita cog̊uit. Rurſus an cogno
ſcat ſingl'aria. Inſuꝑ an poſt mortē ſuet ſcias hic acqſi/
tas, ꝛ vtutes oēs: q̄s ex actibꝰ nacta eſt, ꝛ an illis vti poſ/
ſit. P. Utrū poſt mortē aię ſe cog̊ſcāt, ꝛ an altera alterā
alloq poſſit. Poſt hęc maxīa qō eſt, ſi aia pōt poſt mor
tez locū mutare, ad quē ꝓfecta, vl' deputata erat: ꝛ nob
apparē. P. Si imutabil'r vult oē: qō vult, ꝛ cōpl'a alia,
q̄ de aia ſeꝑata q̄rūt̄, poſſent diſputari: ſz hęc ſufficiāt.

¶ Quę ꝑipathetici dicerēt de his q̄ōnibꝰ. Cap. LXXI.

D E his igit̄ q̄ōnibꝰ, qd ꝑipathetici ſenſerint,
qdue eoꝝ ṗnceps Ari. non leue eſt differē.
Scimꝰ.n. q̄ōnes haſce tꝑe Ari. nō fuiſſe no
tas, ꝑꝑea ad eas nec Ari. nec ꝑipatheticoꝝ
vllus rñdit vt ꝑipatheticus: qñqdē ad eas
Ari. rñdere nō potuit nec ex his, q̄ dixit, nec ex mō ſuo
philoſophādi, nec ex rōne tradēdi. Ex his.n. q̄ ipe dicit,
has q̄ōnes definire nō potuit: qm̄ in libris, q̊s hēmꝰ: ni/
hil tradidit niſi ſciētifice, aut ꝓbabil'r: mō hę q̄ōnes nec
ſciētifice: nec ꝓbabil'r definiri pñt. Sed pro maiori ꝑte
per credita, vt dicemꝰ: nec etiaz ex mō philoſophandi:
arbitrat̄.n. ſciētē ea debere docē, quę ex ſenſibꝰ, memo
rys, ꝛ experiētys colligi pñt. At q̄ōnū haꝝ veritas pro
maiori ꝑte captū nr̄m, ꝛ ſenſus excellit: nihil.n. in ſenſi/
bus reꝑit̄ quo poſſimꝰ de aia ſeꝑata has q̄ōnes defini/
re. Rurſus nec ex rōe tradēdi: qñqdē Ari. ṗᵐ, ꝛ ṗcipuū
tradendi arguᵐ demr̄ationē eē fatet̄. At ꝯſtat hęc pro
maiori ꝑte demr̄atione tradi non poſſe: q̄re ex his, quę
dixit: ꝛ ex mō ſuo philoſophādi ꝛ ex arguᵗᵒ tradendi ſo/
luz hr̄e poſſumꝰ aiaz remanere poſt mortez: ex his, quę
dixit, qꝛ plura dixit ex qbꝰ apte hr̄ aiaz remanere poſt
mortē: cuiꝰ vba ſupius īduximꝰ. Ex mō vō philoſophā/
di: qꝛ experimur quędā q̄ nobis dant aiaz nō depēdere
ex corpore: vt intelligere, ꝛ velle. Ex rōne vō tradendi:

q̄m pluribus rõnibus eã e coꝛpoꝛe nõ dependere ꝓbatum eſt. Utruȝ v̾o ipſa cum deſinit corpus infoꝛmare, feratur in alium locuȝ, vel nullibi remaneat, ex ys, quę dicit, vel ex ys: quę ſenſib⁹ ſubiacent: reſpõdere nõ põt. Ad hęc qs ſit aię ſeparatę locus, ⁊ an cũ exit, dextrum, vel ſiniſtruȝ petat, An nãliter, vel volũtate: Ariſtoteles etiã nullo pacto definire põt. P̃. An cognoſcat locum, ⁊ reliqua: Ariſtoteles minime definire põt. Quare ea ſolum ſcire põt, quoꝝ eſt in ſenſib⁹ aliqd: e quo facile poſſumus illa ꝓbare. Plato v̾o: cui⁹ modus philoſophãdi fuit ex intelligibilib⁹ ad ſenſibilia, has qõnes ⁊ plures ſoluere põt, nam arbitrat̃ eſſe bene dicta: quę intelligi pñt, atqȝ rõni nõ repugnant: vt in Parmenide pȝ: vbi ideas poſuit ſeparatas, qa ſic intelligi pñt. Et quia rõni nõ repugnat: põt etiã hęc definire ex argumẽto tradendi: q̃nq̃deȝ Plato nullaȝ demſ̃onis rõnem: ſed primaȝ pręcipuãqȝ virtutẽ fideȝ cõſtituit, per quã res diuinas merito colendas exiſtimat: vt in Tymęo: libro de legibus p̃mo, ⁊ 12º. Cuȝ igit̃ Plato in his, quę nõ apparẽt: fide vſus ſit, ⁊ maioꝝ auc̃te: iure has qõnes facile definire põt. Accedit ꝙ plura dixit, ex qb⁹ põt qõnes facile determinare. Quare ſi qs vellet dicere de aĩa ſeparata nihil aliud ſciuiſſe Ariſtotelez, niſi ſeparabilitatez, non male diceret. Cuȝ.n. cętera nõ dubitarit: eum illa ignoraſſe, nec ſcire poſſe: nõ eſt temerariũ fateri. Poſſemus tñ nos apud quos qõnes iſtę emerſerũt, coniecturabil̾r definire vel per ea, quę ſequũtur ex his, quę Ari. dixit, vel nõ cõtradicẽdo his, quę dixit. Poſſum⁹ etiã ſoluẽ illas ex ys, quę Plato dicit, ⁊ ex rõne tradendi Platonica: ⁊ ex modo philoſophãdi. Poſſumus etiam qõnes has catholice definire: qꝺ quia noſtrum ꝓpoſituȝ tranſcendit, hunc modum theologis reliqui. Quare dato ꝙ peripatheticus qõnes haſce ignoꝛauerit nõ debet negare ſeparabilitatẽ aię, quã ⁊ ex his, quę Ariſto. dixit, ⁊ ex modo philoſophãdi: ⁊ ex argumẽto tradendi ſcire v̾r. Hęc generatim de his qõnibus.

¶ Soluit̃ pᵃ.q. ⁊ decl'at̃ an aĩa, cũ exit a coꝛpe motu, an alteratiõe ad locũ ſibi ꝓpꝛiũ ꝓficiſcat̃. Cap. LXXII.

Et vt diximus: lȝ vitatẽ haꝝ qõnuȝ peripatheticus determinare nõ poſſit, nec ex his, quę Ariſt. dixit: nec ex mõ, quo Ariſtoteles philoſophatus eſt, nec ex argum̃to: quo in philoſophãdo eſt vſus: Enitemur qõnes haſce definire vel ex his, quę ſequũtur Ariſtotelis dcã: vel ex his: quę nõ cõtradicunt eis, quę ipſe dixit: vel ex his quę Plato tradidit, aut ex eiuſdem philoſophandi mõ: aut ex argumẽto: quo philoſophat⁹ eſt de rebus diuinis. ſ. per fidem, ⁊ maioꝝ auctoꝛitatẽ, accipiẽtes a noſtris ſanctiſſimis viris: quoꝝ nulla maioꝛ auctoꝛitas ẽ. Sic.n. quę Ariſtoteles incępit, nos ꝓficiem⁹. Ex ipſo.n. ⁊ ex ei⁹ philoſophãdi modo: ⁊ ex argumẽto, quo in philoſophãdo eſt vſus: ſoluȝ habem⁹ intellectiuã aĩaȝ: nec oꝛtam eſſe ante coꝛpus: nec moꝛi cuȝ coꝛpoꝛe: nec vnaȝ oĩuȝ eſſe, imo eſſe foꝛmã humani coꝛpoꝛis multiplicataȝ pꝛo coꝛpoꝝ numero: vt diximus auctoꝛitatib⁹, ⁊ rõnib⁹ ex eo acceptis. Quum ergo quęrit̃ an aĩa poſt moꝛtem in aliquo loco remaneat, vel nullibi: ⁊ ſi in aliquo: vtrum motu locali, an alteratione ad illum accedat, vt peripatheticus dicerẽ apud Ariſtotelez nõ eſſe niſi duplicez locũ. Alteruȝ coꝛpoꝝ circũſcriptiuũ. Alterũ ſpirituũ per operationez, vt pꝛimo de cęlo declarauimus:
p̄ de celo. Ariſtoteles enim auctoꝛitate barbaroꝝ, ⁊ grecoꝝ deo
T. cõ. 22. aſſignauit celuȝ pꝛo loco: ⁊ dys etiã cęlum eodeȝ libꝛo:
T. c. 100. ⁊ vt inquit Auerroes 2º de cęlo. Ariſt. 8. libꝛo phyſicoꝝ
T. cõ. 25. pꝛimũ cęluȝ deo locũ aſcribit. In ſcđo v̾o de cęlo, oꝛtuȝ:

⁊ hoc ex eo: qꝛ illic apparet operatio. Quia igit̃ anima poſt moꝛtez circũſcribi nõ põt ab aliqua coꝛpoꝛis ſupficie, circũſcriptiue nullibi eſſe põt: quia v̾o eius operatio nullibi apparet, imo extra ſe nihil agit, in re nullibi eſſe poterit per operationẽ: quo fit, vt poſt moꝛtez ipſa nullibi eſſe poſſit: lȝ ſit ens in rerũ natura exiſtens. Ariſtoteles eniȝ contra antiquos 4º phyſicoꝝ inquit, lȝ oẽ qꝺ eſt in loco, ſit ens: non tñ omne ens eſt in loco: remanet ergo anima poſt moꝛtẽ, ⁊ quideȝ ens in reruȝ natura exiſtens: nõ tñ in aliquo loco. Accedit ad hęc, ꝙ ipſa eſt ſ̃m velioꝛes peripatheticos indiuiſibilis, mõ rei indiuiſibili cum motus attribui non poſſit: iure nec locus aſſignandus erit: remanet ergo anima poſt moꝛtez ens ęternum: lȝ in nullo loco. Cum igit̃ anima deſinit coꝛp⁹ infoꝛmare, deſinit eſſe in loco: in quo erat per accidens ratiõe coꝛpoꝛis: nõ tamẽ deſinit eſſe: cuȝ remaneat ens ęternum, ⁊ imoꝛtale. Platonici v̾o, vt Alcinous, ſi recte ꝑcępi tres loci ſpẽs poſuit. Pꝛimuȝ circũſcriptiuũ, quo coꝛpoꝛa ⁊ magnitudines locantur. Scđm definitiuuȝ, quo ſpiritus, ⁊ ſubſtãtię limitatę, atqȝ finitę ſtatuũtur. Tertiuȝ per opationẽ, quo locauit deũ in cęlo, vbi eius velociſſimus motus apparet: diffinitiuus locus eſt, quo res definitur ita hic eſſe, ꝙ nõ alibi: q̄m ſi ageret, ita hic appareret eius operatio, ꝙ nõ alibi. Hanc triplicẽ loci ſpẽȝ Scotus vir doctiſſimus vt peripatheticus aſſerit: nec ab rõne: cuȝ.n. omnis ſubſtantia ſiue coꝛpoꝛea, ſiue incoꝛpoꝛea pꝛęter deum ſit limitata: oĩs talis, ſi ageret: ita hic, ꝙ nõ alibi agere poſſet: ergo ita hic, ꝙ non alibi definienda eſt, erit ergo alicubi definitiue: qua rõne fit, vt omne qꝺ eſt in loco circũſcriptiue, ſit in loco, ⁊ per operationẽ, ⁊ definitiue: cõtra v̾o nequaq̃. Et omne qꝺ in loco eſt definitiue, in loco eſt per operationez, ſi agit extra ſe: ⁊ nõ ecõtra. Deus ergo ſolus per eius opationẽ locãdus eſt. Tunc ſi hęc cõcedant̃, dicerem poſt moꝛtem animã remanere in aliquo loco definitiue: quicũqȝ ille ſit: nam poſtea dicemus: ad pręſens tamen ſit ſtella cõpar: vel cęlum empyreuȝ. Et cũ quęrit̃ alteratiõe, an locali motu ferat̃ ad illuȝ: dicerem (ſi verũ eſt ꝙ indiuiſibile motu ꝯtinuo moueri nõ poſſit) illam in euȝ locum ſubito mutari, qꝛ pꝛimũ inſtãs, quo illa eſt in ſtella, eſt pꝛimũ nõ eſſe hoĩs, ⁊ ſic nec alteratiõe, nec motu locali illa fertur in ſtellaȝ: ſed mutat̃ ad illam per ſubitariam mutationez, q̃uo ſi daretur vacuũ: graue fieret deoꝛſum: hucuſqȝ ſic rñdendo: lȝ rñſionem ꝓbare non poſſiȝ, ys, quę Ariſto. dicit: nõ aduerſoꝛ. Qui v̾o diceret indiuiſibile motu ꝯtinuo moueri poſſe: vt Scotus arbitratur, ⁊ quideȝ nõ cõtra Ariſto. rñdere poſſet eaȝ poſt moꝛtẽ ferri ad ſtellaȝ motu locali, quãto v̾o tempoꝛe, ⁊ quo motu nobis ignotũ eſt ex his, quę noſtris ſenſibus ſubiacẽt. Thomas vir doctiſſimus ⁊ oĩuȝ meo iudicio peripatheticoꝝ p̃nceps, imaginat̃ eo mõ moueri aĩaȝ, pᵃ pte. q. 53. arti. p̃mo.
quo ⁊ angelus ſ̃m theologos mouet̃. Mouet̃ aũt angelus, quo eſt in loco: eſt aũt angelus in loco ſ̃m cõtactuȝ virtutis, vtpote qa illic agit: vel qa illic agere põt: ideo mouet̃ quatenus ſua virtute diuerſa loca tãgit: nõ quidem ſimul: ſed ſucceſſiue: quo fit, vt motus aię ſit aliud nihil q̃ȝ diuerſi contactus, quibus ipſa diuerſa loca tangit ſua virtute: ⁊ quia hi cõtactus nõ neceſſario ſunt continui, ſed ſucceſſiui, cum diuerſa loca tangere nõ poſſit ſimul: ideo aię mot⁹ ęquiuoce dr̃: vtpote diſcret⁹. Utrũ v̾o poſſit eſſe aliq̃ cõtinuitas, Thomas exponit, de qua nobis nulla ſit cura: ſufficiat auteȝ nobis dicere animã nõ eſſe in loco, per hoc ꝙ cõtinetur a loco: ſed poti⁹ qa ſua virtute illum continet, ſic mouetur non per hoc ꝙ ipſa ſucceſſiue cõmenſuret̃ loco: ſed per hoc ꝙ ſucceſ-

UVA. BHSC. IyR_143_2

ſiue ſua virtute diuerſa loca tangit: põt ergo dici animã poſt mortez moueri: non quidem motu vniuoce dicto cõmenſuratiue mutãdo loca: ſz ęquiuoce dicto: virtualiter illa cõtangendo: vtrum vo proficiſcendo ad ſtellã: neceſſe ſit pertranſire mediũ: queſtio eſt catholica: quã vir ille perpulchre determinat. Patet autez hanc determinationẽ hys, quę Ariſtoteles dixit, non aduerſari: quia lz talem motuz non nouit Ariſtoteles: ille eis, quę dixit nõ cõtradicit: cum ſolum locutus ſit de motu corporꝝ. Eſt tamẽ bene verum nos talez motum non poſſe probare ex his, quę ſenſibus ſubiacent. Sed nobis conſtat pura fide: quia Plato viſus eſt in rebꝰ diuinis. Hierardus vir doctiſſimus, ⁊ non ignarus peripathetice doctrinę compluribꝰ argumẽtis arbitratur omnez formã, etiaz intellectiuã animã eſſe diuiſibilem: atqz extendi corporis dimenſione: ſi eniz dimenſio pręcedat animę receptionem / ipſa extendit̃, qꝛ recipitur in ſubiecto quãto: vt Auer. inquit in libello de ſubſtãtia orbis. Sin aũt dimenſio animę receptionez ſequat̃: cum anima ſit pars compoſiti quãti, vel imediata ratio recipiendi quãtitatem: anima ipſa extendatur, neceſſe eſt. Or ſi hęc poſitio vera ſit, dicere oportet animã poſt mortẽ remanere extenſam ea. ſ. extenſione, quam accepit a corpore: quo conceſſo, ⁊ eaz moueri ⁊ in loco eſſe etiaz circũſcriptiue nihil ꝓhibebit. Hanc opinionez Philoponus in his cõmentarys olfecit, quę in libris de aia ſub Ammony doctrina conſcripſit. Dicit enim intellectiuã animã in corpore nactam eſſe quãdaz corporeitatez: quia ⁊ moueri, ⁊ in loco eſſe, ⁊ pati poteſt: imo ⁊ nobis apparere: vt nõ ſemel in corporibus mortuis ſpectata eſt. Hęc poſitio ſi vera ſit, nõ affirmo, vtrũ defendi poſſit, qui vult, quęrat: ſatis eſt nobis per multiplicez viaz nõ a mẽte Ari. alienam dubitationẽ hoc pacto definiſſe.

Eodẽ libro eadez. q. articulo 2°.

¶ Soluitur ſcða queſtio, ⁊ determinat̃ de loco animarꝝ poſt mortem. Caplm. LXXIII.

ERat ſcða queſtio de loco aiaruz poſt mortem: ⁊ qs ſit, ⁊ qualis. Hęc eniz queſtio pro magna ſui pte ex his, quę diximus capite ꝓximo: definita eſt: naz ſi duplex ſit locus tm̃, aut per opationẽ / aut circũſcriptiuꝰ per ſupficiẽ corporis ambientis: dicemus animã poſt mortem nulluz tenere locum: lz remaneat ens ęternum, ⁊ imortale: nam lz omne qð eſt in loco: ſit ens: non tamen omne ens eſt in loco. Plato enim in Parmenide ideas poſuit, quas ſeparatas a ſingularibꝰ arbitratur eſſe: eas tamẽ nullibi ſtatuit: niſi per indiſtantiaz forſitan in ſingularibꝰ eſſe dicant̃. Argumẽtum rei huius eſt, ꝙ poſt mortẽ anima nullam habet operationez extra ſe nobis apparentẽ. Ergo per operationẽ non poteſt eſſe in loco: ipſa non eſt corpus ſm veritatẽ, ergo nõ eſt in loco circũſcriptiue. Qð ſi dicatur, pari rõne poſſe dici plures eſſe ſubſtãtias ſeparatas nullibi exiſtentes: qð eſt cõtra Ariſtotelem. Facile reſpondet̃ Ariſtotelez nõ poſuiſſe ſubſtãtias ſeparatas pręter eas, quaruz aut appet operatio: aut aliquãdo apparuit: lz ergo animę opatio poſt mortem nõ appareat: apparuit, ⁊ talis: quę dedit aiam remanere. Poſuit ⁊ animas cęlorꝝ, ꝙ illaruz operationes nunc, ⁊ ſemp apparuerint. Sin aũt dicamus aiam eſſe in loco vel definitiue / ſi ſubſtãtia ſit indiuiſibilis, ⁊ limitata: vt eſt rei veritas: vel circũſcriptiue ſi ſit corporea, vel diuiſibilis, vt eſt opinio aliorꝝ: de loco eius poſt mortez nõ parua queſtio erit. Albertus in eo libro, quẽ de origine animę conſcripſit, cum inſpexiſſet animaruz locum nõ eſſe ab Ariſtotele definitum / pceſſit auctoritate Socratis, Platonis, ⁊ Speuſippi: Aſſerens aiaruz locum eſſe ſtellaz cõparez ei corpori, in quo pręfuit. In hãc eniz venire aias aſſerit, bñficiorꝝ hoiuz aias dicit in illa beata vita frui ꝑpetuo, maleficorꝝ ꝑpetuo triſtari, miſeria ſemꝑ affici. Quid vo ſit hęc ſtella cõpar: libro de intellu ſcðo diligẽter expoſui. Nunc vo dicamꝰ euz planetã de quinque erraticis eſſe: quę in genitura hois dñiuz aſſumpſit: cũ eniz corpꝰ humanũ virtute huiꝰ factuz fuerit, ſtella virtute ſaltez ſemꝑ illi corpori cõpar, atqz perſimilis dicet̃. Hac rõne aliqui Jouis fily dicti ſunt, aly Saturni, aly Martis, Ueneris aly, ⁊ Mercury aly. Quod. ſ. in eorꝝ genituris Juppiter, aut Saturnus, aut Uenus pręfuerit, virtute cuius corpꝰ humanũ compar, atqz illi perſimile dicet̃. In hac cõpari ſtella Plato animas creatas ante corpora tradit, deſcendere vo ad corpora cõparia, quę ſtellę ſimilia ſũt, redire vo poſt mortẽ ad ſtellaz, iterũqz ⁊ ad corpora anno maxio reuoluto / reuerti, fieri hoc viciſſim tꝑe infinito. Albertꝰ ergo arbitrat̃ animas nõ redire ad ſtellaz, cũ in ea non pręfuerint. Sed ꝓficiſci poſt obitum, vt in illa ſua virtute fruat̃: atqz malitia triſtetur, vt dicemus.

Tracta. 3°. cap. 8°.

¶ Sed ꝯ hanc opinionẽ occurrit nõ leuis dubitatio, nam corpus alterius hois longe eſt ſimilius hois corpori prius corrupto, ꝗ̃ ſtellę quouis modo cõpari: ergo poſt mortem potius erit, vt in loco in corꝑe alterius hois, ꝗ̃ in ſtella. Accedit ad hęc, ꝙ fieri põt, vt corpus ſuccedẽs ſit etiã virtute ſtellę prioris genituz, atqz ꝯſimilibꝰ diſpõibꝰ affectũ. Ergo eſſe põt locus animę poſt mortem prioris corporis ipſi perſimilis. Defendi poteſt ꝙ aliter eſt de loco, aliter de ſubiecto alicuiꝰ formę. Locus ęterne rei non põt eſſe niſi ęternus, vt Ariſtoteles inquit libro de cęlo primo, at formę ęternę ſaltez a parte poſt ſubiectũ eſſe põt tẽporale, cuz nõ ſit ſimplr ęterna. Anima ergo Socratis poſt mortez nõ poteſt eſſe in corpore Platonis etiaz ſibi ſimillimo, quia vel erit in eo, vt in loco: ⁊ hoc nõ: qꝛ Platonis corpus nõ eſt ęternũ, nec vt in ſubiecto, quia nõ ſolum reqrit̃ ſilitudo diſpõnuz, ſi deberet aia illud Platonis corpus informare, ſed diſpõnuz numeralis identitas: quare reſtat ſtellaz cõparem aſſignari poſſe pro loco aię, qm̃ ei ſimilis, ⁊ perpetua eſt. Corpus aũt Platonis lz ſit ſimile, nõ tamen perpetuũ. Ex hoc apparet cauſa cur aia deſinens informare corpus Socratis, nõ incipit informare corpus Platonis, vt Candauenſis deducebat, naz nõ ſolum diſpoſitionũ ſilitudo reqrit̃, ſed idẽtitas: quare lz diſpões corporis Platonis eſſent ſimiles diſpõibꝰ corporis Socratis, aia deſinẽs iformare Socratis corpus nõ incipiet corpus Platonis informare: cũ diſpões numero non ſint eędẽ in vtroqz. Qð Candauẽſis nõ aduertit. Hęc rñſio lz ꝓbari nõ poſſit ex his, quę noſtris ſenſibꝰ ſubiacent, nec demrone / nec ex his, quę Ariſto. dicit, eſt cõiecturabiliter ꝓbabilis, ⁊ nõ aduerſat̃ his, quę Ari. dicit. Has ſtellas cõpares fortaſſe Plato in Gorgia ꝑ beatorꝝ inſulas intelligit, ⁊ Ariſt. 7° Politicę, ⁊ 2° Jconomicę. nã qualibz ſtella ſolitudine aſpectꝰ inſula in cęlo iudicat̃. Uerũ mihi nõ ꝯſonat, vt vnus idẽqz locus ſit beatorꝝ, ⁊ triſtiuz: vñ nec ſanctiſſimi viri hoc affirmãt, ꝓpterea Platonice dðm eſt eã ſtellam beatã aiaz petere: cuius ſſilitudinẽ ex viſu virtutuz, ⁊ rerꝝ quas intellexit, in corpore nacta eſt, vt in Tymęo iquit Plato. Aia. n. quę ſe exercuit in mercurialibꝰ, ſi poſt mortẽ meret̃ beatitudinẽ: ad ſtellaz mercury ꝓficiſcet̃. Si exercuit ſe in ſaturnys, merẽs beatã vitaz ad Saturnũ ꝓficiſcet̃. Quę vo praue his vſa fuerit in corꝑe, detrudit̃ ad iferos ſm Pla. i phędone: vl̕ ifra lunarẽ ſphęrã in h iferom mũdo lugebit: q̃ res magis mihi plz: naz cũ aię pares non ſint:

T. cõ. 22.

nec locis pariter gaudebūt. Juxta ergo hęc duo aiabus
aſſignabimus loca: prauoꝝ quidez ho ium, dabimus in-
feros, hoc eſt mūduz hūc noſtrū, cū nō meruerint cęluz
ſcādere, eoꝝ vo, qui pie, iuſteq3 vixerūt, dabimus bea-
toꝝ inſulas, cuz dys ipſas aſſociādo: quę ſunt ſtellę aia-
bus compares, nō quidez quib⁹ animę ſint compares
ex natura, ſed ex acquiſitione virtutū quib⁹ effectę ſunt
dignę ſcandere ipſuz cęlum: in quo gentilitas credebat
hoies deos fieri: aut heroas. Hanc rem Ariſto. 7° Poli-
ticę affirmat, cuz inquit. Multa igit̄ iuſtitia, multaq3
temperātia indigent hi: qui in optimo ſtatu cōſtitui vi-
dent̄, ꝛ in fruitione omniū reruz, quę beatos facere pu-
tant̄: veluti ſi qui ſunt (vtpote) tradunt in beatoꝝ inſu
lis. Qd̄ ſi bonis Ariſto. hęc loca aſſignauit, malis alium
aſſignare coget̄. Aly maloꝝ aiabus tartarū dederūt lo-
cuz, de quo poſtea, beatoꝝ vo campos elyſios: nec fece
runt differētiā inter inſulas beatoꝝ, ꝛ campos elyſios:
ſed vbi ſint campi hi elyſy, nō leuis eſt qō. Nam aly in
medio inferoꝝ collocarunt. vnde Uirgilius Solemq3
ſuū, ſua ſidera noꝛunt. P. Etiā inqt. His demū exactis
pfecto munere diue, Deuenere locos letos, ꝛ amena vi
reta, Foꝛtunatoꝝ nemoꝝ, ſedeſq3 beatas, Poſtea dic̄,
Interea videt Eneas in valle reducta: Secluſuz nem⁹
ꝛ vgulta ſonātia ſyluis Letheūq3 domos placidas, vbi
Eneas patris anchiſę aiaz reperit. Phi vt Plato elyſiū
nō ſub terra, ſ3 inſulas foꝛtunatas in mari, vel campuz
in inſulis poſuerūt. Unde Horatius in epodo: Nos ma
net occeanus circūuagus arua beata: Petamus diuites
ꝛ inſulas, reddit vbi cererem tellus in arata quottem⁹,
ꝛ imputata floꝛēt vſq3 vinea. Salluſtius in carminib⁹
Homeri, has eē inclytas inſulas dixit: Foꝛtaſſe Plini⁹
Cap.23°. de his loqt̄ ſexto libꝛo. Aly elyſiuz cōſtituerūt in ſupre-
ma regione aeris, ſub lunari oꝛbe, vbi purioꝛ aer ē. Uñ
Uirgilius in ſexto aeris in campis, Et Lucanus qδq3
p3, interq3 lunę meatus, non illuc auro poſiti, nec thure
ſepulti peruenīūt. Hic Machometes in Alcoꝛano aias
eoꝝ: qui bene ſm ſua pręcepta vixerūt, collocauit, aſſe-
rens in hoc loco eē omne voluptatis genus. Mihi aūt
magis ꝯſonat Elyſiū collocari in ſupꝛęma aeris regio-
ne, infra cęluz: q̄ alibi, qm̄ aię nunq̄ poſſunt tam ſubli-
miter beari, quin ſint dys inferioꝛes, quo argumēto, di-
cerem elyſiuz, inſulaſq3 beatoꝝ eſſe in hac mūdi regio-
ne: locū vo eoꝝ, qui iniuſte atq3 impie vixerūt, foꝛtaſſe
nō ab rōne in terrę imis collocarūt, vbi Plato tartarū
in Goꝛgia ſtatuit: ꝙ eum locū meruerint, tanq̄ omniuz
reruz inferioꝛes. Zeno ſtoicus inferos eſſe aſſerit, nō tñ
eundez eſſe pioꝝ, ꝛ impioꝝ locuz: qñqdez py ſub terra
quietas, ꝛ delectabiles icolunt regiones. Impy vo luēt
pęnas, in coem voꝛaginibus, atq3 tenebꝛoſis imi locis.
De Platone vo: ſibi nō cōſtare Euſebius Pamphilus
Cap.10° lib.13. inquit: naz in Tymęo locū beatoꝝ ponit in com-
paribus ſtellis, maloꝝ vo aias dicit in coꝛpoꝛa aggredi
ferina, in Phędone vo ꝛ Goꝛgia beatoꝝ animas felici-
ter viuere ait in inſulis beatoꝝ, prauoꝝ, ipioꝛūq3 apud
inferos ęternal'r puniri: verū melius de his poſtea: naz
cōcoꝛdiā dictoꝝ Platonis al's pertractabimus. Nunc
vo illud ſufficiat duplicē eſſe animaꝝ locum, alterū qui
animab⁹ bonoꝝ aſſignat̄, Alterum qui aiabus maloꝝ
accōmodatur. Sanctiſſimi doctoꝛes, quoꝝ auctoꝛitas
maioꝛ eſt, aiab⁹ quatuoꝛ loca aſſignāt, paradiſuz, infer-
num, purgatoꝛiū, ꝛ limbuz, ſinum. n. habꝛaę: qui patruz
limb⁹ erat, moꝛte ſua redēptoꝛ reparauit: nec ab rōne
loquūtur, nam aia a coꝛpoꝛe quadrifariam recedit, aut
omni ex parte bona: ꝛ huic paradiſus ꝯuenit: aut omni
ex parte praua: ꝛ huic infern⁹: aut mediocriter affecta, ꝛ

huic cōuenit purgatoꝛius: aut nulla affectiōe nec bona
nec mala affecta, vt eoꝝ, qui in vtero periere aię ſūt, ꝛ
huic limbus cōuenit. ¶ Ego aūt quatuoꝛ hęc loca ani-
mabus aſſignare nō iudico eē cōtra ea, quę Ariſtoteles
ait, niſi in vno ꝙ poſt moꝛtez Ariſtoteles loca hęc non
niſi imutabiliter perpetua animab⁹ accōmodaſſet, vñ
poſſet diuiſio ſic accōmodari, vel aia, quę coꝛpus deſi-
nit nulla affectiōe affecta recedit: vt pueroꝝ animę ſūt
eoꝝ: qui ante lucē deceſſerūt: ꝛ huic darem limbuz: aut
aliqua affectione affecta: ꝛ hęc aut oino praua deſinit, ꝛ
huic peſſimū locum aſſignarem v3 infernuz, aut tarta-
rum, aut ferinum coꝛpus ſm Platonem: aut oino rece-
deret a coꝛpoꝛe heroice ſtudioſa: ꝛ tali animę aſſignarē
cęlum, vel ſtellam cōparez. atq3 paradiſuz, aut medio-
criter affecta deſineret, ꝛ huic locum mediocrē darem.
Uerū Ariſtoteles mediocrem hūc nō mutabilez eſſe, ꝛ
ad tempus diceret, ꝙ poſt moꝛtē anima nō poſſit vitia
omittere: cum ipſe in libꝛis moꝛaliuz vitia deleri dicat
vſu cōtrarioꝝ. At conſtat animas mediocriter affectas
cōtrarys actibus vti nō poſſe: cuz carent coꝛpoꝛe, quo,
vt inſtrumēto vtebātur pꝛo acquiſitione virtutuz. Ob
hanc cauſaz ſancti doctoꝛes loco contrary vſus poſue-
runt ignem: quo mediocriū animas expurgari arbitrā-
tur. Nō ergo eſt ab ratione, nec cōtra ea, quę Ariſtote-
les dixit, aſſerere animabus poſt moꝛtez quatuoꝛ loca,
nam ipſę quadrupliciter affectę coꝛpoꝛa deſinūt: ergo
coniecturabil'r poſſumus ſyllogiçare quatuoꝛ eſſe loca.
Accedit ꝙ loca dant̄ coꝛpoꝛib⁹ pꝛo affectu eoꝝ, leuiſſi-
mis quidez ſupꝛemū affectu leuitatis, grauiſſimis imū
affectu grauitatis, mediocrib⁹ medios affectu mediaꝝ
qualitatuz. Ergo ꝛ in animabus pꝛo affectuū rōne loca
ſunt aſſignāda: anima eniz affectu nō aliter loco aſſimi
latur: q̄ coꝛpus ſua qualitate. ¶ Supereſt ergo nūc vi
dere locus beatoꝝ, quē nos paradiſum appellam⁹: vbi
eſt, dicamus generatim poſſe tradi ratiōe quis ſit, nam
ęterno locus ęternus cōuenit pꝛimo cęli. Ergo poſſum⁹ T. cō. 22.
ſcire beatoꝝ locum eſſe eternuz: poſſumus etiam ſcire
eum eſſe melioꝛez mundi regionē: qꝛ pꝛęmium, ꝛ locus
pꝛęmy, ꝛ locus, ꝛ locatuz debent aſſimilari: ergo beato-
rum locus debet eſſe optima mundi regio, qm̄ beatitu
do eſt optima hominis diſpoſitio. Ergo ſcire poſſumus
locum talez eſſe cęlum. Utrum vo ſit cęlum empyreū,
vt ſanctiſſimi viri dixerunt: an ſtellę compares aiab⁹.
eſt ſupꝛa humanū captuz, ꝛ inueſtigabile: qñqdem cęli
empyrei nulla appareat operatio, ex qua pōt Phs illδ
deducere. Similiter quę ſtella compar animę ſit, an q̄
pręfuit in genitura: an acquiſitione, illa, cui anima ex
actionibus ſimilitudinē acquiſiuit, an erratica, an fixa:
nō eſt leue ſcire: qñqdem Hermes optimus reruz cęle-
ſtiuz ſcriptoꝛ dixerit, nō eſſe aliquid in terra, quin pꝛo-
pꝛiuz in cęlo ſidus obtineat. Quare, vt peripatheticus,
dicerem beatoꝝ locuz eſſe cęlum: qδ elyſium eſſe Fir-
mianus libꝛo ſexto affirmauit, vt poetę loquūtur: nec Cap.4°.
plura dicenda ſunt de beatoꝝ loco: qm̄ complura alia
in theologico diſſerenda erunt. De loco vo eoꝝ homi-
nuz, qui omnino praue receſſerunt, nō leuis queſtio eſt,
an ſit, ꝛ vbi ſit. Pōponacius, ꝛ complures Platonici, q
animaꝝ moꝛtalitatez ſequūtur, negarunt infernū, aſſe-
rentes non eſſe niſi rem fictam, vt homines terroꝛe ſtu-
dioſe viuerēt. Unde. M. Tullius libꝛo de natura deo-
rum inquit, quidaz totam de dys imoꝛtalibus opinio-
nem factam eſſe dixerunt ab hominibus ſapientibus
reipubli. cauſa: vt quos ratio non poſſet, eos ad offi-
cium religio duceret ꝛ in Catellinaz inquit itaq3, vt ali- Lib.3° in
qua inuita foꝛmido, impꝛobis eſſet poſita: apud iferos uectiuaꝝ.

UVA. BHSC. IyR_143_2

quedam illi antiqui ſupplicia impijs cōſtituta eſſe vo/
luerūt,ſtatuis etiā in Thebayde.Primus in orbe deos
Trage. 6ª. fecit timor horteſia fortes:⁊ Seneca i Tragedijs. Aly
Metro 3°. etiā imortalitatē aie aſſerētes negarūt infernū, vt Ori/
genes ex eo ꝙ oīs pena ſiue diuina,ſiue legalis rōne emē
dationis,aut pfectu virtutis adhibet.Poſt mortē aīa
ad alias virtutes pficiſci non pōt, iure nulla alia pena
adhiberi ſibi debet,preter vitia:que ſecū portat. Hac
rōne nōnulli nec beatitudinē,nec miſeriā aie poſt mor
tē aſſignarūt preter virtutes ⁊ vitia: que in vita acqſi/
uit,⁊ poſt mortē ſeruat:naꝫ poſt mortē ſtudioſa aīa ap/
petit vltra rōnalem appetitū nihil. Fruit ergo eo affe/
ctu,qui ex virtutib⁹,aut ex ſciētijs remanet,triſtat affe
ctu vitiorū:qm̄ appetit,⁊ carētia corporis exercere non
pōt: erit ergo paradiſus fruitio virtutū, affectuſqꝫ ex
illis derelict⁹. Infernus triſtitia vitiorū:quaten⁹ exequi
illa nō pōt.Uerū de his poſtea:nos.n.ſupponimus re/
manere,animas,⁊ poſt mortē definitiue ſaltē alicubi
eſſe, pbauimus locū beatorū eſſe optimū in toto mun/
do,eternū:⁊ diximus ipſū eſſe celū. At nūc ꝙ det ali/
quis locus cōueniēs habitationi prauarū aiarū, pbam⁹
vtentes rōne Ariſto. 2° lib.de celo. Si alterū 2trariorū eſt
in nā,⁊ alterū dari neceſſe eſt, niſi alterū eſſet infinitū.
At pbauimus dari aiabus locū optimū cōuenientem
aiabus beatorū.Ergo locū dari neceſſe eſt penitus tene/
broſum atqꝫ prauū prauorū aiab⁹ cōuenientē. Utrum
vo in hoc loco patiant anime, pena aliq̄ ſenſus, poſtea
dicemus:nunc vo ſatis nobis ſit pbaſſe eſſe aliquē locū
tenebroſū,atqꝫ prauū malorū boiū aiab⁹ cōuenietē:
cum quo praue anime affectu cōſimiles ſint. Qd nō di
ſplicet poetis:vn̄ Uirgilius in 6° facilis deſcenſus auer
ni. Iuuenalis etiam inquit in 2ª eſſe aliquos manes. Et
Trage. 2ª. Seneca in Tragedijs quiſqꝫ eſt placide. Ouidi⁹ in 4°
metamorphoſeos.Eſt via decliuis funeſta nubila ſaxo.
Ducit ad infernas per inita ſilentia ſedes. Rō vo Ori/
genis ſupponit infernū eſſe penā ſenſus quā dari aia/
bus eſt difficile pbari.Uerū de re hac poſtea, nūc vo
ſcias argumētū nō pbare nō eſſe locū cōuenientē pra/
uis hoibus.Sed ſi qd pbat,ſolū perſuadet nō eſſe lo/
cū,vbi aia patit penā ſenſus:de quo argumēto poſtea.
¶ De regione vo inferni,nō parua fuit apud antiquos
queſtio.Uidet.n.nō poſſe hoc tradi rōne,que ſit regio,
in quo tartarus ſit:ſolum enī ſcire poſſumus eum eſſe
totius mūdi deteriorē locum,ſed vtrū in terra,an alibi
ſit,⁊ ſi in terra,in qua terre regiōe,nō leue eſt definire:
cū ſciri non poſſit rōne nāli, que ſit regio terre ceteris
deterior.Coniecturabil'r tn̄ ijs,que Ariſto. dixit nō ad/
uerſando arbitrari poſſumus regionē in qua infernus
eſt,eſſe terre aliquā partē:ꝙ ceteris elemētis terra ſit
deterior.P.Beati leuiores vident,ꝙ ſpūaliores,men/
tem ad ſuperna eleuarūt.10.ethicorū.⁊ deo cognati ſūt,
quare eis celū cōuenire videt.Praui vo,qꝛ vitijs gra/
uiores facti, terrena inſpexerunt, ima loca, ⁊ ſubterra/
nea meruerūt.Eſt ergo infernus regio aliqua terre.Ea/
dem rōne poſſumus cōiecturabil'r exiſtimare regionē
tartareā eſſe in imis terre partib⁹: vtpote ſimilitudine
locati ad locū:q̄ngdeꝫ improbi viri a celeſtibus nimis
diſtant,ꝙ cor ad terrena deflexerunt. Sunt etiā tetri,
atqꝫ obſcuri,cum ſemp in tenebris, atqꝫ malis ambu/
lent, ſunt deniqꝫ frigidi, ꝙ rigore, atqꝫ virtute priuati
ſint,que in calore ⁊ ſpiritib⁹ cōſiſtit.Simili modo cen/
trales terre ptes ſunt terre:grauiſſime, atqꝫ frigidiores
ceteris,ergo regio,que in illis eſt erit conueniens locus
aiabus impiorū hoīum. Quā partē poete crediderunt.
vnde Uirgilius in 6° introducēs Eneam Didonē allo/
quentē inquit.Infelix Dido verus mihi nuntius ergo:
Uenerat extinctā,ferroqꝫ extrema ſecutam:Funeris
heu tibi cā fui,per ſidera iuro,Et ſuperos ⁊ ſiqua fides
tellure ſub ima eſt: Inuitus regina tuo de littore ceſſi.
P.Seneca in Tragedijs introducit Theſeū inuocan/ Trage.pª.
tem:Fas omne mūdi teqꝫ dominantē precor regno ca/
paci:Teqꝫ q̄ tota irrita queſiuit Ethna mater:Ut iura
abdita,⁊ operta terris liceat impune loqui.Ultima vo
Tragedia inquit: Nunq̄ ſtygias fert ad vmbras incli
ta virtus: Uiuite fortes nec lethæos ſeua p annos,Uos
fata trahent,ſed cū ſummas exigit horas:Conſumpta
dies iter ad ſuperos gloria pendet. Si quis ḡ tenuerit
impiorū aiarū locū eſſe in imis terre ptib⁹. Ariſto.ratio
aduerſat,nam lꝫ ex eis,que ipſe dicit,: hoc nō ſit dicen/
dum:cōiecturabil'r dici pōt,nec ſic dicēs eis,que dixit:
aduerſabit:hacten⁹ de inferno. ¶ Sed de medio loco:
qui eſt 2ueniens aiabus mediocriter affectis, profecto
nihil phyſice habeo,ſolum enī cōiecturabil'r ſciri pōt
talē locum,quē noſtri purgatoriū appellant,eſſe me/
diocriter affectū,ſed quis naꝫ ſit in mūdo locus medio/
criter affectus,nō eſt phyſice ſcibile. Hunc tamē locū
Plato in phedone in terra conſtituit, nō qdem in imis
terre partib⁹:ſed ſub terra fortaſſe in regione ſcda poſt
noſtrā:⁊ in hoc expurgari aias aſſerit,cū inquit.Cum
peruenerint defuncti in eū locū, ad quē demon vnū/
queqꝫ portat,primo illic iudicant qui iuſte pieqꝫ vixe/
runt:⁊ qui ſecus.Si igit mediū comperiant in vita te/
nuiſſe,ſua quiſqꝫ vehicula aſcendētes ad paludē per/
ueniunt acheruſiā, ibiqꝫ habitāt iniuriarū penas dan/
tes,⁊ cum purificati ſunt,abſoluūtur,⁊ recte factorū di/
gna premia reportant:hactenus Socrates.¶ Alij me/
diū locū poſuerūt regionē ſupremā ignis, nō quidem
mediū eorū locorū:que elemētorū ſunt:ſed diuū mundi
corporū:eſt enī elemētorū tenuiſſimū, ⁊ etheriorū craſ/
ſiſſimū,eſt ⁊ mediū luce:ergo cōueniens locus aiabus
eorū:qui mediocriter vixerunt,que opinio lꝫ nō 2ſonet
ijs,que ſancti doctores tradunt,videt magis nāli cōie/
cture cōueniens.Uerū cum hec aſſertio humanum ca
ptū tranſcēdat,fides ſit nobis argumentū,qua Plato
vtit in rebus diuinis.Satis aūt nobis ſit cōiecturabil'r
de eo ſic diſputaſſe. Utrū vo in hoc medio loco,anime
patiant vltra penam culpe,quā poſt mortē ſeruarunt,
poſtea dicemus.¶ De loco vo,quē tenent anime eorū:
qui ante lucē perere,quē limbum appellant,non leue
eſt diſſerere:nam aie eiuſmodi poſt mortē nullis affe/
ctibus,nec habitibus remanent diſpoſite,ideo difficile
eſt aſſignare locū nulla affectione affectū talibus aia/
bus cōuenientē:niſi extra celū eas in vacuo, ⁊ rerum
priuatione ipſas collocabimus.Et ſi dicas extra celum
nihil eſſe,ſed ſolū entia optimā vitam ducētia,vt Ari/ T.cō. 100.
ſtoteles inquit in libro de celo primo, dicā extra celum
nō eſſe corpora,ſed dij ſunt:qui nō dicunt extra,niſi qꝛ
non cōtinent a celo:ſed magis celum cōtinent: poſſunt
tamē eſſe anime tales,que ſunt quaſi nihil:cū nulla pfe
ctione,nec imperfectione afficiuntur. Utrū cum nihil
ſcientifice de his dicere poſſim,fides argumētū nobis
ſit,qua ponemus hunc locū ſupra tartarū,⁊ infra pur/
gatorium.Diuidemus enī terram in tres regiones cir/
culares,prima erit locus mediocriū animarū. Secūda
eorū,qui ante lucē periere. Tertia erit eorū:qui im/
pie vixerunt.Quam rem,⁊ ſi non rōne naturali dicere
poſſit perhipatheticus,ſic dicendo non aduerſabit ijs,
que Ariſtoteles dixit.Illud tamē ſcientifice eſſe dictū
ſupponamus,ꝙ talis locus in rerum natura ſit,qꝛ ⁊ lo/
catum eſt:hactenus de loco animarū.

UVA. BHSC. IyR_143_2

¶ Soluit̃ ⁊ tertia.q.⁊ declaratur an ſurſum an deoꝛſuꝫ feratur anima poſt moꝛtem, an motu tractus, an per ſe natura, vel voluntate. Cap̃. LXXIIII.

POſt hęc tertiã q̃ōneꝫ nō erit nobis difficile diluere: ſupponamus.n.aiab⁹ eē locū ſtabilituꝫ, eis quaſi ꝓpriū ⁊ nãleꝫ ſi̇l'itudine ſaltem affectuū: deide dicam⁹ aias poſt moꝛteꝫ, aut moueri aut mutari ad locū illis nãlem. Si.n. mutant ad locuꝫ, vt magis phyſice arbitroꝛ: dicerem p̃mū inſtans, quo aia nūc p̃mo erit in ſuo loco: eſſe p̃mū nō eſſe hois, quo nūc p̃mo homo nō eſt: quuꝫ v̊o querit̃ an per dextruꝫ vel per ſiniſtruꝫ tranſeat, pꝫ, ꝙ ipſa ſubito mutat̃ ad locuꝫ, nō tranſeūdo, nec ſe mouendo per mediuꝫ: nō enim mouet̃, ſed in locū mutat̃. At ſi teneat̃ ipſaꝫ moueri ſalteꝫ definitiue loca pertrãſeundo, vt aly putant, cuꝫ in mūdo tartarus ſit in imis terrę partib⁹, animę impioꝝ mouebunt̃ deoꝛſuꝫ, pioꝝ v̊o ſurſum, cęterę v̊o aię mouebuntur pro regione loci. Utrū v̊o poſt moꝛtē ad locū ei ꝓpriū aia moueat̃, nã: an voluntate, an ab aliquo alio trahat̃. Si dicam⁹ eam nō moueri, ſꝫ ſubito in locū mutari: dicemus ipſaꝫ nãliter mutari, ꝙ affectus ſit quaſi in eius naturã verſus: ſicut vapoꝛ ſurſum fertur: lꝫ ſit grauis, a ſtellis ⁊ a ſole affect⁹ leuitate. Mutat̃ ergo anima ſubito impetu ſui affectus, ad eum locū, quo impellit affectus. Huius rei exempluꝫ eſt in his, qui artis alicuius habitū nacti fuerunt: hi.n. ſine cōſilio, ⁊ attētione, vt natura ſolet, quaſi nãl'r operant̃, vt Cytharedus. Simili rōne aia affecta loci ſimilitudine, quaſi nãliter ad eū locū mutat̃: cuius ſimilitudine afficiebat̃. At ſi ipſa motu ꝯtinuo ferat̃ in locū ſibi nãleꝫ: longe difficilius eſt determinare an impetu atqꝫ natura, an voluntate ferat̃. Ueruꝫ dici poſſet impetu ſimilitudinis loci ipſaꝫ feri ſine ꝯſilio, atqꝫ pręcognitiōe, ſicut aſſuet⁹ voluptati ilico mouet̃ ad illam, cuꝫ ſibi ꝓponit̃. Sic.n. poſt moꝛtē impetu vitioꝝ, qb⁹ ipſa inferis perſimilis eſt, quaſi nãliter declinat ad iferos: impetu v̊o ſciētię ⁊ virtutū: quib⁹ ipſa ſuperis effecta eſt compar, atqꝫ ęqualis, rapit̃ ad ſuperos: nec ſciri pōt quãto tempoꝛe aię motus erit, quo ipſa aut ſurſuꝫ, aut deoꝛſuꝫ rapit̃, eſt tamē putãduꝫ motū, quo ipſa rapitur, eſſe velociſſimū, cum ſibi mediuꝫ nō reſiſtat, niſi reſiſtētia pꝛiuatiua, quę eſt terminoꝝ incōpoſſibilitas. Quod motus, quo anima ipſa in ſuū locū fert̃, ſit ilico, atqꝫ velociſſim⁹, ſanctiſſimi doctoꝛes nō negãt, q̃ñqdeꝫ anima cum exit e coꝛpoꝛe, nihil deſit, vt ilico pręmiet̃, aut puniat̃, quare ilico ad locum vel pręmy, vel demeriti ꝓficiſcat̃, neceſſe eſt. Sunt qui cuilibet homini pro cuſtodia duos cuſtodes aſſignarūt, bonū geniū: quē nos angeluꝫ appellamus: ⁊ maluꝫ geniū, quęm dęmonē dicimus Platonici cacodęmoneꝫ. Alter hoiem in bonis, alter in malis perſuadet hui⁹ rei nō ignarus Plato, In apologia eius geny meminit, qui Socratē ꝑſuadebat, ⁊ in Theage etiã de Socratis dęmone loquēs, ait Socrateꝫ a ſuo dęmone a plurimis diſtractū eſſe. 4° v̊o de legib⁹ libꝛo hoies, ⁊ ciuitates a dęmonib⁹ regi quaſi regib⁹ ꝓbat, ex eo, q͞a natura hois, nec ſe, nec ciuiles res gubernare ſufficit: ſi.n. (vt inquit) homo oib⁹ arbitratu ſuo dominaret̃, laſciuioꝛi ſuperbia, iniuſtitiaqꝫ omnia replerent̃: ꝓpea, vt inquit, cum hęc deus, queꝫ ſub noie Saturni colit eo libꝛo, nō ignoꝛaret: non hoies, ſed diuinioꝛis, pręſtantioꝛiſqꝫ g̃nis dęmones ciuitatib⁹ noſtris reges pꝛincipeſqꝫ pręfecit, ⁊ hoc eſſe rōnabiliter factuꝫ oſtendit exēplo noſtri: qui in ouium gregibus, alioꝛūqꝫ cicuruꝫ armētis, vtpote in bobus nō boues, ⁊ in capꝛis non capꝛas pręficim⁹. Sed nos ipſi genus meli⁹ dominamur. Simil'r (vt inquit) deus homines amãs genus dęmonū generi nr̃o pręſtantius nobis pręfecit: qđ ſumma tam ſua, q̃ꝫ noſtra facultate noſtraꝝ reruꝫ curã habeat. Ex his g̊ pꝫ Platoneꝫ nō modo homini duos cuſtodes dediſſe ſꝫ ciuitatib⁹, vt alter in bōis, alter in malis nos moneret. Anima g̊ cuꝫ exit, ab altero ducit̃: naꝫ ſi bñ vixerit, a bono ad ſuperos mox ducit̃, ſin autē iniuſte, atqꝫ ipie in vita ſe geſſerit, mox a malo rapit̃ ad inferos. Qđ his verbis plato in Phędone edocet, ferūt quēlibet hinc illuc emigrantem ab eo dęmone, quē viuens ſoꝛtitus fuerat, in locum quēdaꝫ duci, vbi opꝫ oēs vna collectos iudicari, ac deinde ad inferos ꝓficiſci eo duci: cui mãdatū eſt: vt hinc decedētes ad illa loca traducat. hacten⁹ Plato: Quã opioneꝫ doctiſſim⁹ theolog⁹ Bonauētura tanq̃ꝫ ꝓbabileꝫ nō abhoꝛret, lꝫ nō temere eſſe aſſerēdaꝫ pꝛofiteat̃, ꝙ Gregoꝛius vir ſanctiſſimus velit repꝛoboꝝ aias ſeipſis moueri ad inferos, Peripathetici etiã, cum nullas ſubſtãtias pręter intelligētias, ⁊ animas ſeparatas cōcedant, has q͞deꝫ, ꝙ eaꝝ operatio ſemꝑ cōſtet, illas v̊o, ꝙ oꝑatio aliq̃n apparuerit: cuſtodes nullos p̃ter rōnē, ⁊ appetitū in hoie poſuerūt: rōnē quideꝫ: quo ad bene iuſteqꝫ viuēduꝫ perſuadeat, appetitum v̊o, ꝙ ad impie, iniuſteqꝫ viuēduꝫ impellat. Uñ ⁊ Plato ipſe in phędro quaſi ſeip̃m interpꝛetãs, inquit [Scire opꝫ duas in vnoquoqꝫ nr̃m ideas eſſe dominãtes, atqꝫ ducētes: quas ſequimur quocūqꝫ ducūt. Altera quideꝫ eſt ĩnata nobis voluptatuꝫ cupiditas, altera v̊o acq͞ſita opinio, optimi effectrix. Hę autē in nobis q̃ñqꝫ ꝯſentiunt, q̃ñqꝫ in ſedatiōe ⁊ diſcoꝛdia ſunt, ⁊ mō hęc, modo altera peruincit.] hacten⁹ Plato: Quare peripathetice bonū geniuꝫ interpꝛętabimur rōneꝫ: quę ſemꝑ, vt inquit Ariſt. p̃mo ethicoꝝ, depꝛecat̃ ad optima: hãc Plato in Phędro appellat acq͞ſitã opioneꝫ boni ſemꝑ effectricē. Maluꝫ geniū interpꝛetabimur appetitū: qui ſemꝑ nos rapit ad maluꝫ: hūc appellat Plato voluptatum ĩnataꝫ cupiditatē. Poſt moꝛtē ergo aia, quę in vita ſecuta eſt appetitū vi vitioꝝ, quę malos genios appellare poſſumus: rapit̃ ad inferos. Ui aūt virtutuꝫ, quas ſequēs rōneꝫ acq͞ſiuit, quaſqꝫ angelos dicere poſſum⁹, rapit̃ ad ſuperos. Si g̊ aię raptum a malis, vel a bonis dęmonib⁹ hoc pacto allegoꝛiçabimus: ys, quę Ariſt. dicit, nō aduerſamur: lꝫ ex his, quę ſenſib⁹ ſubiacent, hęc ꝓbare nō poſſumus: hactenus de motu aię.

Libro 4°. di/ſtin. 2. 4° lib°. dialogoꝝ.

¶ Soluit̃ 4ª.q.⁊ decl'at̃ an aia poſt moꝛteꝫ aliq̃ cognoſcat, q̃ in vita nō cognouit, vt locū ad quē fert̃: ⁊ pęnaꝫ, quęcūqꝫ ſit illa: ⁊ p̃miū q͞cq͞d ſit illud. Cap̃. LXXV.

MAgna dubitatio ē, an aia poſt moꝛtē aliq͞d cognouerit, qđ in vita nō appꝛehēderit: vt locum, ad quē rapit̃: ⁊ an cognoſcat ſe mouere ad illū, ⁊ poſtq̃ꝫ peruenit, cognoſcat ſe perueniſſe: ⁊ cū exiuit e coꝛpoꝛe, nouerit ſe exiſſe, atqꝫ ſe nō eē foꝛmã alicui⁹ coꝛpoꝛis. An vt lapis ſine cognitiōe ad centrū de cęlo fert̃, ita ipſa nihil p̃ter ea: quę in vita intellexit, intelligens, exit coꝛpus mouet̃ ad locuꝫ, neſciēs vnde, ⁊ quo fert̃. Si.n. aia nihil intelligit ſine ſpēbus acq͞ſitis, ⁊ ſpēs acquiſitę nō niſi a phantaſmatib⁹ acquirunt̃. Uidet̃ pꝛima fronte dicēduꝫ ƒm ea, quę Ariſto. aſſerit, aiaꝫ poſt moꝛtē nihil intelligere, niſi ea, quę in vita ex phantaſmatib⁹ accepit, quęqꝫ vi vnionis ad coꝛp⁹ intellexit. Qua rōne nō aliter de aia, q̃ꝫ de lapide eſſet dicēduꝫ, vt eniꝫ lapis impetu grauitatis fertur ad centrū: nō cognoſcens ſe moueri, nec vnde mouet̃: nec quo mouet̃: nec ſe exiſſe a termio e quo: nec acceſſiſſe ad terminū ad quē: nec locum ad queꝫ motus eſt: ita anima nihil vltra intelligēs, niſi ea, quę vi vnionis intellexit

UVA. BHSC. IyR_143_2

niſ intellexit,impetu eoꝝ:que acquiſiuit,mouetur,non
cognoſcẽs ſe moueri, nec corpꝰ,e quo moueť,nec locū,
quo moueť:nec ſe exiſſe e corpe: nec ſe acceſſiſſe ad lo/
cum,nec locū.Nam lȝ ſit nã cognoſcitiua:ipſa intelligẽ
nō pōt,niſi per ſimile:qđ eſt ſpēs rei:quã intelligit,ſpēȝ
aūt nō pōt rei alicuiꝰ accipe niſi vi vnionis ad corpus:
in quo phãtaſmata ſunt,in qbꝰ dum eſt in corpore,vľia
ſunt.Ergo poſt mortē ſm Ariſto. nihil noui intelligere
pōt:⁊ ſi dicas nō ne cognoſcit ſe nō eſſe beataȝ:ſi impie
vixit:⁊ ſi pie,an cognoſcat ſe eſſe beataȝ, ⁊ ſi mediocri/
ter,nō ne cognoſcit ſe poſt morteȝ mediocri ſtatu viuẽ.
Dicerē iuxta hec,ipſa eadē ſpecie,qua in vita cognouit
ſe cū virtute:cognoſcit poſt mortē ſe eē cū virtute:lȝ nō
apprehendat iſtud eſſe ante,iſtud poſt.Siľr ſi nouit in
vita ſe eſſe in vitijs,hanc eandeȝ cognitionē retinēs,co/
gnoſcit poſt mortem ſe eſſe in vitijs:lȝ vt dixi,nec iſtud
ante,nec illud poſt apprehēdat:naȝ nō cōpoſitū appre
hendit in vita,ſȝ aia vtens corpore,cui heret,apprehen
dit,que iteruȝ poſt mortē eadeȝ nuō cognitiōe ſine cor/
pore eſt apprehēſura.nō ergo plus cognoſcit locum,ad
quē fertur,ꝙ̄ prius cognoſcebat.Utruȝ licet ſic dicere,
eſſet fortaſſe peripathetice dicere,poſſemus nō aduer/
ſando ijs,que Ariſto.dicit,aliter aſſerere.Aia.n.bifariã
intelligi pōt,ſicut bifariã eſt:eſt.n.vnita corpori:⁊ ſepa
rata.Ui ğ vnionis intelligit oia mãlia per ſpēs e phan/
taſmatibꝰ acceptas:nō.n.aliter illa itelligere pōt,vi ſe/
parationis,⁊ nec nō vi eoꝝ:que intellexit in vita:intelli
gere pōt,quecūqȝ imãlia ſūt,⁊ quecūqȝ ꝑ phãtaſmata
intelligere nō poterat. Unde ſicut mãlia intellexit per
ſpēs acceptas a phãtaſmatibꝰ,lumine intellectꝰ agētis
aiaȝ diſponēte.Sic hec imãlia intelligit per ſpēs acce/
ptas ab ipſis ſuperis ſubſtãtijs lumine intelľus diuini
vľiter oēm itelľm diſponēte.Eſt.n.imaginãduȝ ita aiaȝ
poſt mortē accipere ſpēs eoꝝ,que poſt morteȝ vi ſepa/
rationis itelligit,ab ipſis ſuperis ſubſtãtijs lumie dīno
ipſaȝ afficiēte,⁊ ijs,que intellexit in vita ipſaȝ diſponē/
tibꝰ,vt duȝ eſt in corpore/accipit ſpēs a phãtaſmatibꝰ,
lumine intellectꝰ agētis ipſaȝ diſponēte:agunt.n.phan/
taſmata in illaȝ tali lumine preaffectã mere nãľr,⁊ itel/
ligētie etiã ſpēs mere nãľr:diſponiť aia in vita lumine
agentis intelľus,vt nãliter accipiat ſpēs a phãtaſmati/
bus,⁊ poſt morteȝ lumine diuino,vt nãľr accipiat ſpēs
a ſuperis ſubſtãtijs:nec tantū diuino lumine ſic afficiť:
ſed ea cognitiōe diſponiť,quã nacta eſt vi vnionis:hac
eniȝ duplici diſpōne affecta.ſ.diuino lumie/⁊ cognitiōe
eoꝝ:que in vita cognouit,nãľr reddiť capax receptiōis
taliuȝ ſpēꝝ:quo fit vt aia in pmo inſtãti nō eſſe corpis,
ſimul muteť in locū ꝓpriuȝ:⁊ accipiat oiuȝ eoꝝ ſpēs a
ſuperis ſubſtãtijs,que apprehēdit vi ſepatiōis. Quare
poterimꝰ dicere aiaȝ poſt mortē cognoſcere locuȝ,mo/
tum,exituȝ,penaȝ,premiū,vtpote vi ſpēꝝ:quas a ſupe
ris accepit. Hoc mō aie pueroꝝ ante lucē recedentiuȝ
etiã nōnulla poſt mortē cognoſcere pn̄t,que in vita nō
cognouerūt.Cuȝ vō diceba ť Ariſtoteleȝ dicere aiaȝ ni/
hil intelligere niſi per ſpēs a phãtaſmatibꝰ acqſitas:di/
cereȝ hoc eſſe veꝝ reſpectu eoꝝ/que intelligit vi vnio/
nis:hoc.n.modo cognoſcit mãlia.At de his,que ipa ap/
prehēdit vi ſeparationis,dictū eius nō hȝ locū, cuȝ illa
per ſpēs a phãtaſmatibꝰ acceptas intelligibilia nō ſint.
Hec lȝ ꝓbare nō poſſim ex ijs,que noſtris ſenſibꝰ ſub/
iacent:cōiecturabiliter ꝓbari pn̄t, ⁊ ſic ꝓbans ijs, que
Ariſto.dicit,nō aduerſať.Qđ aūt cōiecturabiľr hec res
ꝓbari poſſit,declaro. Naȝ intelľs eſt oia fieri. ergo aia
pōt apprehēdere taȝ ea:que cadunt ſub ſenſibꝰ,que fa/
ciūt in nobis phãtaſmata/ꝙ̄ ea,que nō cadūt ſub ſenſi/
bus:modo poſſint ſpēs eoꝝ recipi in itellectu:at cuȝ ea:
que nō cadūt ſub ſenſibꝰ aliqñ apphendat,⁊ nō in vita:
ergo poſt mortē:⁊ cum nihil itelligat ſine ſpecie,qꝛ itel/
ligere fit per ſiľe:ergo poſt mortem habebit ſpēs eoꝝ:⁊
cum non poſſit illas hꝛe a phãtaſmatibus,ergo habebit
aliūde,quare vndecūqȝ illas habeat,rōni cōſonum eſt
aiam poſt mortē oia illa itelligẽ poſſe,que vi ſeparatio
nis itelligibilia ſunt.Ueꝝ hec dꝛia eſt,ꝙ Phs vult hãc
cognitioneȝ in aia ſeparata fieri mere nãliter,⁊ equaľr
in bona,⁊ mala anima:Sancti doctores hãc fieri dicūt
ex diuina ordinatiōe dei:qui omnia libere ordinat,nec
equaliter cuncta.

¶ Soluitur 5ª dubitatio,⁊ declaratur quo modo anima deſerit corpus. Cap. LXXVI.

ERat etiã queſtio nō ſpernēda,qūo aia exit
e corpe,an deſinat ipm iformare ſubito,an
ſucceſſiue.Prima enim frōte videť ſubita/
ria hec deanimatio:quia ſubitaria erat ipa
aiatio:factis eniȝ oibus diſpōnibus in mã,
ipſa ſubito corpus informabat,ğ factis oibus indiſpo/
ſitionibus,ſubito deaiabit.Pro altera pte videť ꝙ ipa
ſucceſſiue corpus deaiat:qꝛ aia mãm iformare nō deſi/
nit,niſi diſpoſitio,qua illã iformabat,penitus ſit corru/
pta:at cum corruptio diſpōnuȝ ꝓ fieri repiať in ptibus
a corde remotioribus,in quo fons vite eſt:vt expientia
docet,nam videmus in moriēte extrema pus frigeſcẽ:⁊
per pteȝ poſt partē donec cor frigeſcat,ergo aia ſucceſſi
ue exit corpus.Unde ⁊ Ariſ.ait cor eſſe pmo qđ viuit:⁊
qđ vltimo moriť.Ex quo ſeqť non eſſe ſiľe de aiatione,
⁊ de ipſa deaiatione,naȝ aiatio fit ſubito,vtpote oibus
diſpōnibus factis in mã,deaiatio fit ſucceſſiue/vtpote
oibus corruptis:cauſa eſt,qa maiora reqruntť pro fieri:
ꝙ̄ pro ꝯſeruari:ꝯſeruatur enim forma in materia pau/
cioribus,ſed non fit niſi oibus factis.

¶ Soluitur 6ª.q.⁊ declaratur an animarū omniū vnus ſit cōmunis locus. Cap. LXXVII.

AN aiaꝝ poſt mortē vnus ſit cōis locus,ex
his,que diximus facile ſoluere poſſumus.
Plato aliqñ eis oibus,⁊ malis ⁊ bonis ſtel
lã cōparem cōeȝ locū affert,in Tymeo bo
nis ſtellã cōpareȝ,malis corpa aſſignat fe/
rina.Albtus vō ⁊ malis,⁊ bonis cōpareȝ ſtellã cōem lo
cuȝ prebet,ꝙ illa ſit nãlis locus,cui aia aut ex gñatione
corpis,in quo ſtetit,aut ex acqſitiōe affectꝰ,par effecta
eſt,qñqdē ois planeta pōt eē bonus ⁊ malus,vt Ptolo
meus dicit.Qui eiȝ nã bonus eſt,malus in genitura fit
ꝯfiguratione:qui vō nã bonus,etiã ꝯfiguratione bonus
effici pōt:ergo planeta ⁊ bonaꝝ,⁊ malaꝝ aiarū cōis lo/
cus eē pōt. Uerū ſi ea,que diximus ꝓbabilia ſint,ꝓba
biliter dicere poſſumus locū locato ſemꝑ ſiľem eſſe.Di
ximus aūt aiam affectu fieri locis ſiľem,veluti corpus
q̄litate:quare ſicut,qꝛ nō oiuȝ corpoꝝ vna eſt qualitas,
nō vnus eſt locus:ita(qꝛ nō oiuȝ aiaꝝ vnus eſt affectꝰ)
vnus erit locus.Sicut igiť corpora leuia ſurſum petūt,
grauia deorſum:⁊ mediocria mediū,ita aie que ad ſup/
na reſpexerūt,quaſi leues ad ſupos,que ad terrena q̄ſi
graues ad inferos mouebūtur,que vō medie,ad locuȝ
medium:quare nō oium vnus locus eſt,ſicut nō oium
vnus eſt effectus.hec qdem ⁊ ſi Ariſt.nō dixerit,nec ex
his,que ſenſibus ſubiacent,dici poſſint,tamē ꝯiectura/
biliter dici poſſunt,⁊ ſic dicendo eis,que Ariſtoteles di/
cit,nō aduerſamur.¶ Siľi rōne diluiť 6ª.q.ſicut enim
corpa que diuerſa loca petūt,nō eadem affectione affe
cta ſunt,ita anime:que diuerſa loca inhabitant,eadem
affectione affici poſſunt:Sunt tamē qui dicunt animas



UVA. BHSC. IyR_143_2

poſt moꝛtē omnes remanere ęquales,cum nihil niſi vi
coꝛpoꝛis ſeruent eoꝝ:quę in vita acquiſierūt:poſt moꝛ/
tem xͦo vi ſeparationis oēs ſunt ęquales,ſolū ea cogno/
ſcentes,quoꝛuꝫ ſpēs accipiunt ⁊ ſuperis ipſis ſubſtātijs
qua ratione oēs eūdem cōem locuꝫ petere cogent̄. Fa/
uent huic verba Ariſto. Nā cum ꝓbaſſet intellectū eſſe
ꝑpetuum,ait poſt moꝛtē eum nō reminiſci,qa coꝛrūpi/
tur ipm intelligere cōmuni itellectu deleto:quare cum
oia coꝛrūpant̄:quę vi vnionis nacta erat in vita:vel re/
manebit ocioſa:vel opoꝛtet dicere vi ſeparationis oēs
eſſe ęquales,⁊ oēs ęqualtier intelligere:vtpote ꝙ ęqua/
liter ſpēs e ſuperis accepint.Sed cum de hoc diffuſius
dicemus,⁊ verius:de re hac dictū ſit hactenus.

¶ Soluitur 8ª.q.⁊ declaratur,An anima poſt moꝛtē pa
tiatur:an gaudeat. Cap. LXXVIII.

POſt hęc de aiaꝝ pęnis ⁊ gaudijs poſt moꝛ/
tem agēdū:Plato Platoniciq́ꝫ ipſi taꝫ va/
rie,⁊ ſibiipſis incōſtanter loquunt̄,vt oēm
opinioneꝫ in his,quę dicit,facile ſit reꝑire.
Unde in Phędone poſt moꝛteꝫ aias rema
nere equales Plato aſſerit,⁊ plenas ſcientijs,meliuſqꝫ
res ipſas ⁊ ſcire,⁊ itelligere:nec de moꝛte,qua reſoluū/
tur,triſtari,imo ⁊ gaudere:ꝙ.ſ.e coꝛꝑibus,vt a carceri/
bus obſcuris liberent̄.Coꝛpus enim(vt inqt)inumera
aię pręhet impedimēta ꝓpter necēiam eius alimoniaꝫ.
Pręterea(vt inqt)moꝛbi hinc incidētes inueſtigatōeꝫ
veritatis ipediūt:Amoꝛibus cupiditatib⁹:Timoꝛibus:
multiplicibuſq́ꝫ imaginibus,multis deniqꝫ nugis nos
implet,vt veriſſime dicat̄ nihil penſi vnq́ꝫ,ac veri no/
bis afferre.naꝫ ad bella,ad ſeditiones,ad pugnas,nihil
aliud q́ꝫ coꝛpus multiplex eiuſq́ꝫ cupiditas ipellit.Oia
enim pecuniaꝝ grā fiūt,pecunias aūt quęrere cogimur
coꝛꝑis grā,vſui eius iſeruiētes,atq́ꝫ ita fit,vt ꝓpter hęc
oia a phię ſtudijs abſtrahamur.Eſt g̊ argm̄ Socra.quo
ꝓbat aiaꝫ a coꝛꝑe ꝑficiſci ad melius,ꝙ coꝛpus ſuis cu/
piditatib⁹ ad phandūꝫ nobis impedimēto ſit. Scđo h̄
ꝓbat expimēto:cuꝫ inqt extremū xͦo oium eſt,ꝙ ſi qd
ab ipſo ocij nobis ꝯtingat,nos ad ꝯſiderāduꝫ aliqd cō/
feramus,inueſtigātib⁹nobis rurſus vbiq́ꝫ ſeſe opponēs
tumultu quodaꝫ ꝑturbat aium,⁊ quaſi ꝑcutiens reddit
attonitū:adeo(vt h̄ obſtaculo impediti)verū ꝑſpicere
nequeamus.Eſt ergo Socratis pͫ expimētum,ꝙ dum
coꝛpus eſt ſolutū a curis meli⁹ veꝝ ꝑſpicere poſſumus.
Scđm expimētū aſſignat,cum inqt,cęterū nobis reue/
ra demōſtratū eſt,ſi quādo optamus pure aliqd intelli
gere,recedere a coꝛꝑe opoꝛtere,atq́ꝫ ipſo aio res ipſas
ꝯſiderare.¶ Ex his deducit tūc nos maxime veri noti
tiaꝫ aſſeq,cum moꝛtui erimus:quo argumēto alij Pla/
tonici(vt Plotinus aias e coꝛꝑibus ſolutas trāſire aſſe
runt ad bonū/oēſq́ꝫ remanere ęquales,ęqualr̄q́ꝫ libas)
nullo impedimēto aſtrictas.Hos.M.Tullius in liͦ de
ſenectute ſeqtur cum itroducēs Cyrū maioꝛē in moꝛte
filios alloquētē,inqt:Mihi nunq́ꝫ ꝑſuaderi potui filij,
aias duꝫ in coꝛꝑibus eēnt moꝛtalib⁹,viuere,⁊ cum exiſ/
ſent ex ijs:emoꝛi.Nec xͦo tum aiuꝫ eē inſipiētē,cum ex
inſipiēti coꝛꝑe euaſiſſet/ſed cum omni admiſtione coꝛ/
poꝛis libatus purus,⁊ integer eſſe cępiſſet:tūc eſſe ſapiē
teꝫ:pro qua rōne ſubdit.M.Tullius,Uidetis enim ni/
hil moꝛti eſſe tam ſile,q́ꝫ ſomnū:quo doꝛmiētiuꝫ animi
maxime declarāt diuinitatē ſuā.Multa enim cum re/
miſſi ⁊ liberi ſunt,futura ꝓſpiciūt,ex quo intelligē qua/
les futuri ſint,cuꝫ ſe coꝛpoꝛis vinculis relaxauerint:ha/
ctenus.M.Tulli⁹.Ex qbus patet poſt moꝛtē aias oēs
ęquales eſſe,ęqualr̄ bonas,ꝙ oēs liberētur e coꝛꝑibus:
qbus alię bonę:alię malę erāt.Qđ ſi ita ſit:poſt moꝛteꝫ
aiabus nulla dabitur pęna.Alij Platonici aiabus poſt
moꝛtē ⁊ pęnas,⁊ p̄mia attulerūt,veruꝫ nō perēnes:ſed
ad certa tēpoꝝ curricula:qđ Plato in Phędone etiam
aſſerit,cum inqt:Itaq́ꝫ omni auxilio deſtitut⁹ euſq́ꝫ ꝑ/
errat,quo ad certa tēpoꝝ curricula impleātur:⁊ loquit̄
ibi Plato de aia malefici hois:quę poſt moꝛtē pęnā pa
tit̄ in tartaro.Hāc opinionē ſequēs Oꝛigenes in eā im/
pietatē dilabit̄:quę dicit poſt nouiſſimū diem nullū in/
fernuꝫ reꝑiri.Auicēna etiā vir doctiſſimus 9ͦ ſue meta/ Cap.7ͦ.
phyſicę,inqt,cuꝫ aia inſipiētis ſeparat̄ a coꝛpoꝛe:ſentit
magnā ꝯtrarietateꝫ nō ex cōmunicāti inſeparabili:ſed
ex accn̄te extraneo.Accidēs vͦo extraneuꝫ nō durat,nec
ꝑmanet:ex quo ſeqtur ꝙ pęna nō ſit perēnis:ſed remo/
uetur paulatim quouſq́ꝫ purificata aia ꝑueniat ad feli/
citatē ſibi ꝓpꝛiā,hactenus Auicēna:ergo pęnas aiabus
attulit nō perēnes,p̄miū vͦo perēne.In Tymęo vͦo Pla
to pollutas aias in ferinis coꝛpoꝛib⁹ pati aſſerit migra/
req́ꝫ tam diu ex altero in alterū:q́ꝫ diu ad pͫ optimūq́ꝫ
ſui habitū iaꝫ redierit.Philoponus vͦo in his Cōmēta/
rijs,quę ſub Ammonij doctrina cōfecit in libꝛis de aia:
aſſerit aias in coꝛꝑibus coꝛpulētiā quādam nāciſci,nō
oēs,ſed eoꝝ:quoꝝ animę ad coꝛpoꝛa nimis ꝯuerſę fue/
runt,vt tyrānoꝝ,⁊ maloꝝ iudicum:⁊ has tam diu pati
aſſerit,q́ꝫ diu e coꝛpulētia purificant̄:quā purificatiōeꝫ
igne fieri credidit:nec ęqualē oibus,ſed in aliqbus ma
gis,⁊ in aliqb⁹ minus pro rōne maioꝛis vel minoꝛis coꝛ
pulētię.Sed qd Ariſ.diceret,nō eſt leue diſſerere.Ipſe
enim dubio ꝓcul aias poſt moꝛtē remanere nō dubita
uit.Uidet̄ aūt dicere in moꝛte ipſas amittere oia bona,
⁊ naturę,⁊ aię,⁊ foꝛtunę,vt 3ͦ Ethic̄.dicit,⁊ etiā oia ma
la:ꝙ qdeꝫ amittat ſciētias:p̄mo de aia aptiſſime tradit, T.c.66.
cum inqt,⁊ intelligere igit̄,⁊ cōſiderare marceſcūt alio
q̊dā interius coꝛrupto.Probauerat enim ꝓximo textu
intellectū nō coꝛrūpi,ꝓpterea ſubdit:ipm aūt.ſ.intelle/
ctū coꝛrūpi ipoſſibile eſt.Et dixit marceſcere intelligē,
⁊ ꝯſiderare,qa tam ſciētias ⁊ artes practicas,quas per
itelligere itelligit,q́ꝫ ſciētias ſpeculatiuas,quas per ꝯſi/
derare intelligit,in moꝛte deꝑdi autumat.Unde ⁊ in 3ͦ
de aia,cum accepiſſet tanq́ꝫ verū itellectiuā aiaꝫ rema/
nere poſt moꝛtē,ſubdit nō reminiſcimur aūt,qa h̄ qui/
dem.ſ.itellectus eſt qd impaſſibile,⁊ ꝑpetuū:naꝫ paſſi/
uus itellectus coꝛruptibilis eſt,et ſine h̄ nihil intelligit.
Ariſ.ergo vult in moꝛte ⁊ ſciētias,⁊ artes,⁊ qcqd itelle/
xit aia:aboleri.Aut igit̄ hoc dicit,qa arbitrat̄ intellectū
eſſe vnū numero in oibus(vt Auer̄.expoſuit)⁊ h̄ nō:qꝛ
(vt Pōpon̄.inqt)hęc opinio demr̄atione phyſica refu
tari pōt,⁊ eſt ꝯtra Ari.Aut Ariſ.hoc dicit,qa itellectiua
aia abolet̄:vt arbitratur Pōpon̄.⁊ patet ꝙ nō:cuꝫ cla/
riſſime Ariſt.in his textibus ſupponat intellectū imoꝛ/
taleꝫ eſſe,⁊ declarat nō obſtāte illius imoꝛtalitate nihil
ipm intelligere poſt moꝛtē.Ergo opꝫ dicere aiam poſt
moꝛtem eoꝝ,quę inuita ſciuit,pęnitus amittere,⁊ nihil
poſt moꝛteꝫ itelligere:qđ nō arbitroꝛ/nam ſic ocioſa re/
maneret.Aut dđm eſt illā intelligere per ſpēs innatas,
vt Platonici aſſerūt:qđ nō arbitroꝛ,qa vbiq́ꝫ hāc opi/
nionē refutauit.Aut opꝫ dicere aiam poſt moꝛtē intelli
gere per ſpēs a ſuꝑis ſubſtātijs ꝓductas diuino lumine
aiam ad illaꝝ receptioneꝫ diſponēte:qđ lꝫ pro parte ſit
verum:tn̄ Ariſ.nullibi expoſuit:nec videt̄ poſſe aſſere/
re,nam tūc fruſtra coꝛꝑi anima fuiſſet vnita:cum nihil
ex vnione boni,aut mali repoꝛtaret.P.Oꝛ non rema/
neāt virtutes,aut vitia:ex eo patet,qa hęc aię iſunt me/
diante appetitu ſenſitiuo:qui in moꝛte aboletur.Quare
quid Ariſt.velit,nō leuis queſtio eſt:ꝓpterea p̄mo diſ/
ſerēdum erit ƀm Ariſto.an ſciētię ⁊ artes,⁊ practicę fa/
cultates

UVA. BHSC. IyR_143_2

cultates poſt mortē remaneant in aīa. Scđo an ṽtutes, ⁊ vitia. Tertio de pena, ⁊ gaudio aīarum: nec expecta a me itelligē, quę Ari. dixit: aut quę ex ſenſibilib⁹ demſtrari poſſint. Dicam ḡ vel ꝯiecturabiľr ꝑſuadēdo, vel eis, quę Ariſt. dixit, nō ꝯdicēdo. Dicamus ḡ ſcire ⁊ intelligē bifariaz accipi poſſe, vel vt fit per ſpēs repñtatiuas reruz quę intelligunť ſimpľr, vel vt fit per ſpēs repñtatiuas rerum quę itelligunť in ipſis phātaſmatib⁹. Aīa. n. duz eſt in corꝑe, ⁊ dum eſt ex̄ corpus, ſemꝑ itelligit per ſiľe: qđ ſimile Ari. ſpēm, ⁊ Plato ideam, ⁊ Themiſtius noeſem. i. notionem appellat. Talis aūt ſpēs pōt repñtare ipm itelligibile māle, bifariā: aut ſimpľr, quatenus eſt in ſuis ſingularibus ſimpľr: in q̄bus vľia eſſe habentur ſimpľr: aut quatenus vľe ipm, qđ itelligiť, eſt in ſingulari phātaſiato: qđ, dr̄ phātaſma. Aīa ergo dum eſt in corꝑe: intelligit per ſpēs: verū per illas intelligit vľia in phātaſmatibus: vtrum ṽo cum itelligit vniuerſalia in phātaſmatibus, intelligat phātaſmata, erit alia. q. Fortaſſe enim tūc illa nō itelligit: ſed reflexe poſtea intelligit: vnde ſicut viſus ꝑcipit colores in pariete: parietem nō ꝑcipiēdo: ita itellectus per tales ſpēs vľia in phātaſmatibus apprehēdit, ⁊ pro tūc phātaſmata nō itelligit: quare vt viſus ꝑcipe nō poteſt colores, niſi cōuertat ſe ad parietem: ſic oīa in corꝑe non pōt ꝑcipe vľia niſi cōuertat ſe ad phātaſmata: lz pro tunc illa nō percepit: vt dictū eſt: ex quo ſeqtur aīam in corꝑe itelligere per cōuerſionez ad phātaſmata: At anima poſt obitū itelligit etiaz per eaſdē ſpēs in ipſa reſeruatas: nō tamē, vt repſentāt vľia in phātaſmatibus: ſed vt repſentāt vľia ſimpliciter: quo argumēto fit: vt ipa lz per ſpēs itelligat: tñ nō per itelligere ꝯuerſum ad phātaſmata. Corrūpatur enim itellectus cōmunis. ſ. dianoeticus: in quo phantaſmata ſunt: ex his dicere poſſumus in morte aīam amittere oēs ſciētias, ⁊ artes, ⁊ nihil ſcire ſciētia: qua ſciebat in corꝑe: vtpote per cōuerſionē ad phātaſmata. Huius enim nihil reminiſciť: quoniā corrūpiť cōmunis itellectus: ſine quo per talem modū ſciendi nihil ſcit. At poſt mortē hñ ſcit, ⁊ intelligit ⁊ practice ⁊ theoretice, nō per cōuerſionem ad phātaſmata: ſed per ſpēs ſeruatas: quę repſentāt res ſimpľr in ſe. Talē enim ſciētiaz poſt mortem remanere, nullibi Ariſto. negauit. ⁊ ꝙ ita ſit, ꝓbať: nam ſcire eſt per ſe per ſpēs in ſe: ⁊ per accidēs per cōuerſionē ad phātaſmata: vtpote nexu virtutū, vt dictuz eſt: ſed eo qđ per accidēs aīę cōpetit, remoto: non debet remoueri: qđ per ſe ſibi cōpetit: ergo cum itelligere per ſpēs ſimpľr rerum repſentatiuas animę per ſe cōpetit: nō debet ab ea deleri: per hoc quod ipa nō cōuertiť ad phātaſmata: quoniā hoc per accidēs ſibi cōpetit. Non ergo marceſcūt itelligere ⁊ ſcire ſimpľr, ſed vt cōuerſiua ſunt: Hactenus de ſciētijs: poſt hęc de virtutib⁹ ⁊ vitijs an remaneāt in ea, diſſerēduz eſt. Dicēduz itaqȝ, vt Ariſto. inquit in lib. magnoꝝ moralia, ꝙ qui vult dicere q̄d ſit ṽtus: ſcire expedit, quę nam demuz in aīa procreentur: ſunt aūt hęc hꝯ, affectus, potētię, ⁊ habitus: affectus ſunt ira, metus, odiuz, cupido, liuor, miſeratio: talia comitari cōſueuerūt ęgritudo et voluptas: potentię aūt, q̄bus affici dicimur, vtpote, vnde poſſumus excandeſcere, ęgreſcere, miſereſcere, ⁊ alia hꝯ: at habit⁹ ſunt, vnde hęc habemus bene, vel male, ſicut ad excādeſcēduz. Si nāqȝ ſupra modum iracūde: male in ira habemus. Sin in q̄bus expedit, prorſus ad iraz nō cōmouemur: ita quoqȝ male in ira habem⁹. Mediocriter itaqȝ habēdo, vt neqȝ ſupra modū cōmoueamur: neqȝ ꝓrſus ſimus incōmobiles. Tum ſi ita habemus: recte affecti ſumus: ⁊ in cęteris id genus ſiľiter: hactenus Ariſt. verū vt in ꝑmo de aīa dr̄, affectus, circa quoꝝ mediocritates eſt virtus, cōmunes paſſiones animę, ⁊ corꝑis ſunt: nec aīę inſunt niſi ꝓpter corpus. Potētię ṽo ⁊ habitus aīę paſſiones ſunt: nec inſunt corꝑi, niſi ꝓpter animā: veruz potētię ſine corꝑe animę inſunt: cum fluant ab eſſentia animę, quę ſimul eſt rōnalis, ⁊ ſenſitiua. Habitus autē animę ineſſe nō poſſunt ſine corꝑe, quoniā nō acq̄rūtur illi, niſi ex frequētatis actibus: qui ſine corꝑe non ſunt. Rurſus potētię inſunt animę ⁊ poſt corpus, ſi aīa eſſet ante: habitus ṽo animę relinquūtur poſt vnionem ad corpus: antea ṽo ineſſe nō poſſunt. ¶ Ex his apparet poſt mortez habit⁹ remanere: q̄a lz ſine appetitu animę acquiri nō poſſint: poſtqȝ acq̄ſiti ſunt, aboleto appetitu remanere pñt, veluti corrupto cōmuni itellectu ſciētię rerū ſimpliciter remanere poſſunt. nec hoc ab rōne eſt, nam habitus ſunt ꝑfectiones potētiaꝝ: quare cum poſt mortez remaneāt potētię ⁊ habitus, qui ſunt potētiarū ꝑfectiones: remanere ꝓhibebit nihil. P. Senſitiuus appetitus duplex eſt fluens ab aīa: quatenus eſt ſenſitiua. Eſt enim in hoīe vna aīa, quę eſt ſimul rōnalis, ⁊ ſenſitiua, ⁊ hic appetitus eſt aptitudo quędā: qua anima rōnalis eſt apta nata tēdere ad ea, quę ſenſus ſunt: ſaltem in eo ꝙ ſenſitiua eſt: ⁊ hic remanet poſt mortē: cum non ex corꝑe animę inſit: ſed quo illa eſt ſenſitiua: huius appetitus ſunt oēs affectus, nō quidē potētiales, ſed aptitudinales. Eſt ⁊ alter appetitus, qui eſt quędā potentia cōis animę ⁊ corꝑi inexiſtēs cōpoſito ꝓpter cōplexionez, ⁊ hic nō remanet poſt mortē: cum nō remaneat cōplexio: virtute cuius cōpoſito ineſt: ⁊ huius ſunt affect⁹ potētiales, ex quo patet habit⁹ eſſe ꝑfectiones vtriuſqȝ appetitus. Pōt ergo dici ṽtutes ⁊ vitia remanere, Tuz quia ſunt potētiaꝝ ꝑfectiones, Tum q̄a remanet alter appetitus: cuius etiā actus ſunt. Et lz corrūpereť appetitus potētialis: ille nō facit ad cōſeruationē habituuz, ſed ad acq̄ſitionē. Hāc noſtrā opinionē approbat Magnus Albertus Phus ꝑipatheticus nō obſcurus eo li⁹quez de origine animę cōſcripſit: nec auc̄te ꝓpria. Sed Iſaac ꝑipathetici, qui auc̄te Cōcinne Phi, ⁊ Archelai, aſſerit non corpoꝝ delectationes remanere in aīa ſeparata: ſed potius illis ſimiles: hoc eſt nō manēt affectus: ſed affectuū habitus: ⁊ exēplo hoc oſtēdit, ſicut in artifice, qui caret materia, ⁊ inſtrumētis, manet habitus, et formę ſimiles ijs: quę per inſtrumēta exercuit. Cuz igiť anima ſit corꝑis ꝑfectio, vt motor, ⁊ vt ſubſtātia: et per potētias moueat corpus: cum in ipſa poſt mortez potētię remaneant: in potētijs, ⁊ in ipſa remanebūt habitus ipſam ad eas actiones inclinātes, quas in corpore exercuit, veluti i nauclero nauis imaginatio remanet, poſtqȝ a naui exiuit.

De heroica virtute.

¶ Ex his apparet quid heroica virtus ſit, quidue imanitas, de q̄bus Ariſt. loqtur 7° Ethicoꝝ. Cum enim itellectiua aīa ſit ſimul rōnalis, et irrationalis: nā vna eſt, quę ſimul eſt ſenſitiua, ⁊ intellectiua, ipa duplici rōne naſcitur ſibiipſi rebellis, ⁊ vt eſt actus corporis: virtute cuius naſcitur appetitus ſenſitiuus potentialis, ⁊ virtute qua ſenſitiua, ⁊ irrōnalis eſt. Quo enim ipa eſt actus corporis, ⁊ eſt ſenſitiua: naſcitur irrationalis ſibi, vt rationali repugnās. Quo ṽo eſt ifima ſubſtātiarum ſeparatarū, ⁊ intellectiua: naſcitur, ſiue facta eſt rationalis ſibi repugnans quatenus ſenſitiua. Eſt ergo heroica virtus habitus in aīa acq̄ſitus, quo ipſa vt ſenſitiua eſt, nō poteſt niſi bene appetere, ⁊ id ſoluz, qđ recta ratio dictat. Hoc eniz habitu anima tota effecta eſt intellectualis, hoc habitu ab omni imanitate purificata eſt, hoc habitu nihil in ea eſt, niſi qđ ipſam ad bonuz ⁊ rectuz cōmoueat. Hāc Plato (vt arbitror) in Euthy-



UVA. BHSC. IyR_143_2

phꝛone ſanctitatem appellauit,⁊ eum:qui hūc habitū
habet,ſanctum:hac ratione eum ſanctū eſſe dicit,quem
dij amāt:⁊ qui dijs eſt amicus.Ariſt.aūt heroicam vir-
tutem hāc appellat,ꝙ hō hac virtute fiat heroa:quem
gētilitas in deum verti credebat:verū,vt Plutarchus
inqt,hac virtute nō homo coꝛpoꝛeus,ſed anima heroa
fit:quaſi iter deos ꝯnumerāda. Eſt tamē(vt arbitroꝛ)
differētia inter Platonem,⁊ Ariſt.ꝙ Ariſto.arbitretur
aīam virtutem hāc poſſe aſſequi ex puris naturalibus,
ſubtracta gratia gratū faciēte,ſiue omni particulari in-
fluentia:quam ipe nō cognouit. Plato ꝟo in Menone
ꝓpe finem nec hāc nec virtutē vllam arbitratur ipam
aīam aſſequi poſſe,aut doctrina,aut natura/niſi diuina
ſoꝛte influxa : quam diuinā ſoꝛtem catholici grām gra-
tū faciētem appellāt. Immanitas ꝟo eſt habitus,quo
anima nō elicit niſi ꝯtra rationem:nec alia niſi,quę ap-
petitus ſenſitiuus vterqꝫ dictat,hoc habitu aīa nō agit,
niſi ꝯtra rōnem:⁊ ſi quid ratione agit,nō niſi caſu agit,
aut vi:h̄ habitu anima effecta eſt tota ſenſitiua atqꝫ ir-
rationalis:hoc habitu Pithagoꝛas dicebat animā mi-
grare in ferinum coꝛpus,hominēqꝫ cuius ipſa eſt,con-
uerti in beluam. Et quoniā hoc habitu homo immanis
fit,ipſum immanitatē Ariſt.appellat:Plato ꝟo in Eu-
thyphꝛone ꝓphanitatē:⁊ eum:qui hūc habet,pꝛopha-
num:hūc eſſe ait,quem oēs dij oderint,qbus ꝓſpicuum
eſt ⁊ virtutes,⁊ vitia poſt moꝛtem remanere,⁊ nō ſolū
humanas,ſed diuinas . Ꝙ igit̄ moꝛales habitus rema-
neāt:dictū ſit hactenus. ¶ Reſtat nūc diſſerere ſi aīa
poſt moꝛtē pęnam,⁊ gaudiū ſubeat ſm Ariſto. Reſpō-
dēt poſt moꝛtē animas nō aliter pati aut gaudere,niſi
eo modo,quo ſanctus et ſtudioſus eſſentialiter gaudet,
⁊ ꝓphanus,immanis,⁊ flagitioſus eēntialiter languet.
Cap.14. Eſt enim(vt Pompon.inquit) duplex pęna eēntialis,
quā pęnam culpe appellāt,⁊ accidētalis,vt afflictiua:
qua punitur flagroſus.Dicūt ergo poſt moꝛtem ꝓpha-
noꝝ hominum animas pati pęnas,ſed nō niſi culpę:nō
aūt accidētales . Sāctum ꝟo non pręmiari nec gaude-
re,niſi pręmio atqꝫ gaudio eſſentiali:qđ eſt virtus ipſa,
⁊ illius delectatio : Uirtutes enī mirabiles delectatio-
nes nobis efficiūt.Ex his dicūt bonum nō remanere ir-
remuneratū,qa pręmio virtutis eſſentialiter pręmia-
tur:nec remanere triſtem,cū ſtudioſa delectatione aīa
gaudeat:a qua virtus nō abſoluitur. Nec malū quoqꝫ
impunitū,nam pęna eſſentiali:ſcilꝫ culpę ꝓphani ani-
ma punitur,patiturqꝫ triſtitiā,quę vitia comitat̄.Ultra
ergo ea,quę anima in vita repoꝛtat,nihil nec mali nec
boni:nec pręmij,nec doloꝛis animā habere dicunt:⁊ de
fęlicitate cōtemplatiua nihil vltra:niſi qđ in vita lucra-
ta eſt.Ego ꝟo triplicem pęnam diſtinguo,culpę videlꝫ:
quam eſſentialē appellat Pompon.quę nō eſt niſi vi-
tium ipſū:qđ in culpa eſt.Alia eſt pęna dāni:qua flagi-
tioſus aliquo ſibi bono propter vitium priuatur. Eſt ⁊
tertia pęna ſenſus : qua flagitioſus patit̄ afflictiue . Ꝙ
igitur anima poſt moꝛtem pęnam culpę patiatur,nemo
debet dubitare,quoniā poſt moꝛtē remanent habitus,
⁊ virtutes,⁊ vitia:ſed cum pęna culpę eēntialiter nō ſit
niſi ipſum vitium:qđ in culpa eſt:iure anima pꝛophani
hāc pęnam patiat̄,neceſſe eſt . Simili ratione,⁊ ꝙ ani-
ma pręmietur poſt moꝛtē eſſentiali pręmio:qđ eſt ipſa
virtus:⁊ ipſi cōcedunt,⁊ nos pꝛobamus ex eo:quia vir-
tus ipa,⁊ humana,⁊ diuina remanet,quod eſt eēntiale
ipſum pręmium.Ꝙ ꝟo pꝛophani anima poſt moꝛtem
pęnā dāni patiatur,dupliciter declaratur.p̄mo ꝙ hęc
virtute vtraqꝫ quę ſm eos eſt ſummū bonum:pꝛiuata
eſt pꝛopter vitia,ergo patitur pęnam dāni,quę non eſt
aliud niſi alicuius boni pꝛiuatio,vnde quia hęc anima
eſt ſummo bono,qđ apud ipſos eſt virtus,p̄uata,vide-
tur pati pęnam maximi dāni. Pręterea ſm veritatem
etiam ꝑipatheticam:vt ſuperius declarauimus.Anima
ꝓphani patitur pęnam maioꝛis dāni qꝫ ſit virtutis pꝛi-
uatio:nam patitur p̄uationem beatitudinis,quę intelle
ctione dei:quę eſt ipe deus. Priuat̄ ergo hęc anima du-
plici bono ⁊ virtute,⁊ diuina ipa cognitione,quare non
ſolum pęnam culpę patitur:ſed maximi,⁊ ſup̄mi dāni:
huiuſqꝫ hęc ꝑipatheticus nō negaret. Utrū ꝟo patia-
tur pęnā ſenſus:hoc eſt pęnam afflictiuā vltra has pę-
nas:Albert⁹ vir doctiſſimus libꝛo de animę oꝛigine aſ-
ſerit ſm Ariſ.illic eſſe pęnam ſenſus quaſi ęquiuoce di-
ctam. Nō enim ibi pōt eſſe ſenſus coꝛpoꝛeus,materia-
lis vniuoce dictus cum ſenſu bꝛutoꝛū:cum amiſerit oꝛ-
ganum.Erit ergo ſenſus ęquiuoce:quo anima triſtatur,
cum aliquid appetit,qđ exequi nō poteſt.Anima enim
pꝛophani detinēs habitū luxurię,appetit ex illo habi-
tu in coꝛpoꝛe eſſe pꝛincipiū,quo coꝛpus vtatur luxuria:
At cum defectu coꝛpoꝛis p̄ncipiū eſſe nō poſſit,iure tri-
ſtat̄. Hęc ergo triſtitia animaſtica eſt pęna ſenſus ęqui-
uoce dicta . Hac rōne nos de pęna afflictiua ſolebam⁹
diſtinguere:quoniā alia eſt coꝛꝑea:qua coꝛpoꝛa a coꝛ-
poꝛibus pati ſolent:⁊ hęc dicit̄ pęna ſenſus vniuoce di-
cta:⁊ hac pęna Ariſt.nō diceret animā ꝓphani affligi:
cum careat ⁊ ſenſibus,⁊ coꝛꝑe . Alia eſt pęna afflictiua
animaſtica,quę ꝓpꝛia eſt animę. Hac aīa ex vitijs affli-
git̄,⁊ ſibiipſi diſplicet : diciturqꝫ pęna ſenſus ęquiuoce
dicta:hac Ariſto.diceret affligi et coꝛꝑa,⁊ animas,quę
ex coꝛꝑibus oꝑationes habēt. Nō enim hac pęna intel-
ligētias pati aſſereret Ariſto.cum illę ſint extremaliter
intellectuales,Animę aūt humanę etſi ſint intellectiuę:
qa ſunt quaſi medię inter extremaliter itellectus,⁊ coꝛ-
poꝛa:ideo aīaſtica paſſione affligi poſſunt:quę eſt pęna
ſenſus ęquiuoce dicta.Ꝙ hęc ſint bene,⁊ ꝑipathetice di-
cta,ꝓbamus:p̄mo,qa eſt aliquod extremum,quod pę-
nā ſenſus nō patit̄ nec vniuoce/nec ęquiuoce ſm Ari.
vtpote hę ſubſtātię,quę mouent ſtellę:quęqꝫ quia ſunt
puri itellect⁹ nec vniuoce/nec ęquiuoce pęna ſenſus af-
fligi poſſunt:eſt ⁊ aliud extremū,qđ vtraqꝫ pęna affli-
gi pōt,vt animalia/ergo ſi natura ꝓcedit oꝛdinate:erit
medium(vtpote anima humana:quę eſt inter hęc me-
dia:quę pęnā ſenſus ſubire poterit ęquiuoce dictā)nō
quidē coꝛpoꝛeam,ſed animaſticā. P.Ariſto.in ſubſtā-
tijs ſeparatis poſuit gaudiū . Dicit enim deū 10° Ethi- T.c.39.
coꝝ.gaudere optimo,⁊ cognatiſſimo.12° ꝟo libꝛo p̄mę
philoſophię,oſtēdit ſubſtātias ſupernas ſummoꝑe de-
lectari,ꝙ intelligētia ſit optimum ⁊ delectabiliſſimū.
Unde Auerroes auctoꝛitate Alexādri inquit,⁊ Alexā- Eodē cō.
der dicit ꝙ nō eſt intelligēdū per voluptatē:volꝫ pꝛa-
tem cōſequētem paſſionem:quę opponitur ſenſuali tri-
ſtitię.Uoluptas enim quę eſt in intellectu nō eſt paſſio:
neqꝫ habet oppoſitū:cum iſta cōpꝛehēſio nō oppona-
tur ignoꝛātię.Uoluptas enim ita ꝯſequitur cōpꝛehenſio-
nem ſicut vmbꝛa coꝛpus.Si igitur aliqua cōpꝛehenſio
eſt:quę nullū oppoſitum habet,⁊ nunqꝫ eſt in potētia:
tūc cōpꝛehēdenti nunqꝫ accidit doloꝛ ꝓpter defectum
cōpꝛehēſionis:hactenus Auer̄. ¶ Ex his apparet in hu-
mana anima poſſe eſſe duplicē doloꝛem,atqꝫ duplicē
triſtitiam:⁊ per ꝯſequēs pęnam ſenſus ęquiuoce dupli-
cem. Alteram:quę ſequit̄ ignoꝛātiam. Alteram:quę ſe-
quitur vitium. Pꝛima cōpetit ſibi quatenus eſt res itel
lectiua.Secūda quatenus eſt res media iter pure intel-
lectualia:⁊ pure materialia,nec pęna iſta eſt vitiū eſſen
tialiter,ſed ſequēs vitiū vt vmbꝛa coꝛpus. Albtus ꝟo
dicebat

UVA. BHSC. IyR_143_2

dicebat hāc penam ſequi carētiam actionis vitioſe. Cum
enim aia per habitum deſideret exercere vitium: qđ exer
cere non pōt carētia corporis, iure triſtatur pena hac: que
ſequit carētiam actionis ſm vitium. Pena ꝟo pª non eſt
ignorātia, ſed ſequens ignorātiam. Unde (vt fruitio) qua
deus fruitur optimo, nō eſt itellectio, ſed fruitio, quā Ari.
aliquādo delectationez, aliquādo voluptatē appellat: ita
triſtitia, que ſequit ignorātiaz: nō eſt ipſa ignorātia: ſed ſe
quēs ignorātiaz. Aia ergo ſeparata a noſtro corpore ſicut
bifariam delectatur delectatione. ſ. ſequēte opationez ſm
ꝟtutem, que dicitur animaſtica delectatio: ⁊ delectatione
ſequente beatitudinez: que eſt fruitio optimi: ſic bifariam
pena affligi poteſt: pena que ſequit ignorātiaz: ⁊ pena ſen
ſus equiuoce: que ſequit vitia: queq́ dicit animaſtica. Er
go impioꝝ anime ⁊ penam culpe, ⁊ penam vtriuſq́ dāni:
⁊ penam ſenſus ſaltem animaſtica: que equiuoce dicitur,
patiātur: neceſſe eſt. Penam ꝟo ſenſus vniuoce dictaz ex
T.c.64 cludit Ariſt. ab his aiabus pͫmo de aia libro, Cum inquit.
dicere autem iraſci aiam ſimile eſt: ⁊ ſi aliquis dicat eam
texere vel edificare. Illic enim Ariſto. ab anima excludit
triſtitiam, metuz, iram: ⁊ id genus, ꝙ ſint cōmunes anime
⁊ corporis paſſiones. Non aūt excludit intellectualē triſti
tiam ⁊ animaſticā: quādoqdem operationes ſm virtutes
nobis efficere mirabiles delectationes, ⁊ anime ipſi dicat
in libro Ethicoꝝ: que delectationes nō ſunt corporee: ſed
animaſtice: ſimiliter ſpeculatio etiam facit maximam de
lectationem: que nec eſt corporea: nec animaſtica: ſed itel
lectualis. Ergo oportet ſm Ariſt. ꝯcedere penam anima
ſticam, ⁊ penam intellectiuā, ⁊ penaz corporeā. Sed que
res an pena ſequēs ignorātiam: ⁊ ſequēs vitia, ſit pena dā
ni: ⁊ ſi eſt: tūc pena dāni nō differt a pena ſenſus equiuoce
dicta. Reſpōdeo ignorātiaz poſſe bifariā ꝯſiderari. Uno
modo, vt eſt priuatio boni: ⁊ ſic triſtitia ſequens ignoran
tiam ſub hac ratione, eſt pena dāni. Alio modo vt ignorā
tia ponit aliquid in ſubiecto: vtputa aptitudinez, vel quic
quid illud ſit: ⁊ ſic triſtitia ſequens ignorātiaz nō eſt pena
dāni. Sed ſequens illud poſitiuuz: qđ ignorātia poneret.
Melius hec diſtinctio deꝑhēditur in vitio: nam vitiū po
teſt bifariaz ꝯſiderari. Uno modo (vt eſt priuatio boni)
ſcilꝫ virtutis: ⁊ ſic triſtitia ſequens vitium ſic cōſideratuz
eſt pena dāni. Alio modo, vt vitium eſt habitus aliquid
ponens in anima: ⁊ ſic triſtitia ſequēs eſt pena ſenſus ani
li°.5. Sa maſtica, ſiue equiuoce dicta. Hāc Iuuenalis aquinas ap
tyra.13ª. pellat diſplicētiam, cuz inquit Exemplo quodcūq́ malo
cōmittitur: ipſi diſplicet auctori. Prima eſt hec vltro ꝙ
ſe iudice nemo nocens abſoluitur: ⁊ reliqua. M. ꝟo Tul
lius pro Milone inquit, ⁊ penaz ſemper ante oculos ver
ſari putent, qui peccauerint. Sed ambigeret fortaſſe quiſ
piam contra ea, que dicit Albertus. Dicebat enim penam
ſequi vitia, quatenus inclinatur ad vitioſas operationes,
quas exequi non potens vitioſus, affligitur: nam pari ra
tione virtutes relicte in anima inclināt ad opationes ſm
virtutes, vt dicit Ariſto. ergo cum eas exequi nō poſſit ca
rentia corporis, iure virtutes vidētur afflictiue. Poteſt di
ci ꝙ virtus non inclinat ad actionem, niſi vt inclinatio re
gulatur a rōne. Uitium ꝟo inclinat ꝑter rōnem: ⁊ qꝛ poſt
mortem ratio nō dictat executionem: cum illa nō ſit cōue
niens: virtutes nō inclinabūt: ſed cōuerſe ſunt in ornamē
ta aie: ⁊ diſponēt eam pro beatitudine contēplatiua: vt ſu
perius diximus: vbi declarauimus cognitionē dei intuiti
uam in anima fieri nō poſſe: niſi ſit per virtutes: ⁊ potiſſi
mum per heroicam eleuata: ergo poſt mortez virtutes nō
fruſtra remanent: ⁊ nō affligūt animā inclinādo illam ad
actiones: At vitia cōtra inclinando affligunt, et impediūt
animā pro beatitudine recipiēda, hucuſq́ peripatheticus

poteſt loqui. Sed vtruz aie ꝓphanoꝝ poſſint affligi pena
ſenſus illata ab aliquo corpore: vt ſāctiſſimi Doctores aſ
ſerūt: ⁊ Plato cōpluribus locis affirmat: pͫma frōte Ariſt.
ex his que ſcripſit, negaret: qñquidē igneum illud corpus
agere nō poteſt, niſi per cōtactum: vt in libris de gñatio
ne aſſeruit. At cōſtat corpus ſpūm tāgere non poſſe: ꝙ ea
ſeſe tāgant: quoꝝ vltima ſimul ſunt, vt libro Phyſic. 5° aſ
ſeruit. P. Ea ſolū agere ⁊ pati poſſunt: quorum eſt cōmu
nis materia: vt de gñatione li° tradit. At corporaliū ⁊ ſpi
ritualiū cōmunis materia nō eſt, vt libro Metaᶜᵉ xj° ſcri
bit. P. Anima, vt aia, a corpore nō patit niſi inquātuz re
cipit ab illo ſpēm: per quaz ipm cognoſcit, vt ſcribit 3° de
aia: quare ſi ignis ageret in animaz: anima ab illo patiēdo
ſoluz eum cognoſceret. Hāc poſitionez Firmianus tenet, li° 7. ca. 21.
cum inquit: anime cum in ſe nihil habeāt ſoliduz ⁊ cōtra
ctabile, a ſolidis ⁊ corpalibus nullā vim pati poſſunt: ſed
quia in ſolis ſpiritibus viuunt, a ſolo deo tractabiles ſunt:
cui virtus ⁊ ſubſtātia ſpiritalis eſt. Sed tamē docent nos
ſancte lre quēadmodum penas impij ſint laturi: naz quia
peccata in corpibus cōtraxerūt: rurſus carne induētur, vt
in corpibus piaculū ſoluāt: hactenus Firmianus. Tertul
lianus quoq́ in Apologetico idem aſſerit. Auicē. ꝑipathe Cap. 46
ticus 9° libro ſue Metaᶜᵉ ait aias impioꝝ cremari, quate
nus apꝑhēdunt ignem ſub rōne diſcōueniētis: veluti qui
ſomniat aliquādo phantaſtice in ſomno apꝑhendēs aliqđ
ſub rōne terribilis maiori cruciatu exardet, ꝗ ſi in vigilia
ex ꝑſentia eiuſdem cruciaret. Sed, vt diximus, fides no
bis ſit argumētuz: qua Plato ſemꝑ in diuinis rebus vſus
eſt. Cuz enim res diuine ſenſibus nō ſubiacēt, ꝑcepit Pla
to in Tymeo, vt vteremur maioꝝ auctoritate: quare cuz
nulla ſit auctoritas maior, ꝗ ſanctiſſimoꝝ doctorum: qui
chriſtianā veritatem ſanguine, ⁊ miraculis cōfirmarūt: ex
horuz auctoritate credere debemus aias ꝓphanoꝝ homi
nuz pati etiā ab aliquo corporeo: vtpote ab igne, qui pro
prie ſm medicos, eſt magis expurgatiuus, et ſeparatiuus
ceteris elemētis. Dicamus ergo animā, vt aia eſt, quadri
fariam eſſe illimitataz. Uno modo ſm locum, ꝙ. ſ. vt aia
eſt, nulli loco ſit aſtricta: quēadmoduz ſuperius diximus.
Alio modo ſm opationez, quoniā vt aia poteſt opari vbi
vult, ⁊ nō ſolum in hoc loco. Tertio eſt illimitata ſm gra
dum ꝑfectionis: quoniā, vt aia debet preeſſe vniuerſe na
ture corporee, ⁊ nulli corpori eſſe ſubmiſſa. Quarto eſt il
limitata ſm apꝑhēſionem: quoniā eſt apta apꝑhēdere bo
num ⁊ malū: bonum quidē, vt bonum: ⁊ malū, vt maluz.
Nō tamē, vt aia apꝑhendit bonum, vt malū: vel malum,
vt bonū. Sāctiſſimus ergo vir Thomas ignem infernuz
quadrupliciter penā inferre aie aſſerit. Primo inquātum li° 4° cō
ab ea aufert illimitationē loci: ⁊ hoc illam detinēdo, vt ne tra Gent.
poſſit alia loca petere: que ſua natura petere apta eſt. Se cap. 90°. ⁊
cūdo auferendo illimitationē in operādo: quoniā facit vt quoli. 2°.
nō vbi vult opetur: quēadmodū ſm eius nām operatiua 13°. Et in
eſt. Tertio auferēdo illimitationē apꝑhendēdi: quoniam queſtiōibꝰ
cōpellit, vt aia ignem: cui aſſiſtit, vt nociuuz, atq́ terribi diſputatis
lez rem apꝑhēdat: quem ex illimitatione apꝑhendēdi ipſa đ aia. q. 21.
apꝑhēderet, vt bonuz, ⁊ voluptificum. Quarto auferēdo
ab ea illimitationē perfectionis: nam ſua nā preeſt igni, ⁊
vniuerſe nature corpee: at tunc ignis aie preeſſe videt. er
go penam ſenſus, ignis huiuſmodi quadrifariā infert aie:
quam ipſa maximā eſſe deꝑhendit, ꝙ ſibi id omne aufe
rat: qđ eſt illi, vt aia: nāle. ¶ Ex his delerentur obiectiones,
pͫma qdez, qa lꝫ corpus nō tāgat ſpūm tactu quātitatiuo,
tāgere poteſt potētia atq́ virtute, veluti celum tāgit intel
ligētiam. Secūda etiaz diluit, ꝙ Ariſt. loquat de actione:
qua agēs ꝯuertit paſſum in eius nām. In hac enim actio
ne cōis materia eſt. Tertia rurſus tollitur ꝙ ignis agere



UVA. BHSC. IyR_143_2

poteſt in animaȝ, vt res, ⁊ vt intētio: quādo agit vt res, poteſt inferre pęnā: quādo agit vt intētio, agit ſpēm. ¶ Sed quęres an pipatheticus poſſet hęc cōcedere. Videt̄ enim pma frōte ꝙ nō. Dubitaret enim primo qualis nam eſſet hic ignis animarū impioꝝ afflictiuus: an ęlemētarius, an alterius rationis. Secūdo ſi ęlemētarius, quo nam pacto intra terrę ima genitus eſſet, ⁊ e quo agente. Tertio vnde hic ignis haberet ꝓprietatem hāc, vt ipſe poſſit impioruȝ aīas afficere pęna ſenſus: cęteroruȝ nō. Tertio cur potius ignis hāc ꝓprietatem habeat, ⁊ nullum alioꝝ ęlemētoꝝ.

4° ſenten. diſ. 44. Theologus (vt Thomas vir doctiſſimus) talem ignem eſſe ęlemētarium aſſerit, cum cęteris ignibus eūdem ſpecie: qđ Ariſto. aſſerit Topic. pmo, cum inquit: oēm aquam omni aque eſſe ſpecie eādem, ergo ⁊ oēm igneȝ. Ad 2^m dicit Theologus (vt Thomas taleȝ ignem factū eſſe a deo intra terrę ima ex ordine diuinę iuſtitię) vt eſſet iſtrumētum diuinę iuſtitię: quo maloꝝ animę cruciarētur. Peripatheticus aūt diceret vnum ęlemētum ex ordine naturę vniuerſi fieri poſſe in regione alterius. Videmus eniȝ ex ordine vniuerſi in regione aeris fieri lapides, ⁊ aīalia, ⁊ id genus: videmus in ſubterraneis locis ignes fieri, vt apud ethnaȝ, Quare dicere poteſt intra ima terrę fieri ignes, ꝙ terra illa facile in ignē verti poſſit: ⁊ ex ordine naturę vniuerſi perpetuo fieri ex illa terra ignem ꝓpter bonuȝ vniuerſi: quo impioꝝ animę puniātur, vt Auicē. dicit. q2 quātum de terra cōuertit̄ in talē ignem: tātuȝ de ea aliūde generat̄: hęc nō ſunt aliena a pipatheticis: qui ꝓpter bonum vniuerſi, ⁊ ex ordine naturę vl'is cōcedūt graue aſcēdere ad replēdum vacuum: ⁊ leue eadem cauſa deſcēdere. Ad 3^m dicit Theologus talē ignem nō quatenus eſt ignis agere in animā: ſed vt inſtrumētū diuinę iuſtitię. At pipatheticus diceret ꝙ quēadmodum ignis ęlemētarius: qui ſua natura eſt corruptiuus, per cōmixtionem radioꝝ ſtellaꝝ efficit̄ pfectiuus, ⁊ ſalutiferus: vt patet de eo igne, qui deſcēdit ad nos cuȝ ſolis radys (vt Albertus inquit in libro de Cęlo exponēs que Alexāder dicit) ita ignis intra terrę ima cōtentus ꝓprietate loci reddit̄ aīarum impioꝝ afflictiuus: videmus aquas balnearuȝ ꝓprietate loci miracula fere quādo feciſſe, vt nos obſeruauimus: quę aqua ſua natura nō faceret: ſic ignis hic ꝓprietate loci vim talē habere poſſet, qua aīas impioꝝ affligere poſſet. Diximus. n. aīas impioruȝ affectu vitioꝝ quaſi per nām ima terrę petere: quare pipatheticus dicere poſſet animas has ad euȝ ignem latas eſſe, qui quaſi in terrę nām verſus eſt, ⁊ ab eo pati realiter, ⁊ ꝓpetate ignis talis: ⁊ impetu, atq3 peculiaritate vitiorū: hactenus pipatheticus. Quę vero ſanctiſſimi viri dicunt: ſunt vera: ⁊ dictu facillima: quādoquidem (vt Boetius inqt 5° de ꝯſol.) oīa ꝓuidentię diuinę ſubdūtur. Ideo melius eſt dicere hęc eſſe ex ordine diuino: qui in diuina ꝓuidētia cōtinet̄. Ignis enim ille factus eſt a deo ex ordine diuinę iuſtitię: qui in ꝓuidētia eſt, ille ignis factus eſt (vt inſtrumētuȝ diuinę iuſtitię) vt per ipſum impiorū animę iuſtificētur. Nō enim vt ignis, ⁊ vt nāle corpus id facere poſſet, niſi ſic facere eſſet a ꝓuidētia iſtitutū. Et cuȝ dicebat̄ cur potius ignis hoc facere debeat: Phi dicerent ex tribus: pmo ꝙ cęteris ęlemētis ignis ſit ęlemētuȝ actiuius. Scđo ꝙ cęteris ęlemētis ſit ſpūalius: ⁊ naturę ſpiritali vicinius: ⁊ aīę cęteris ꝓportionalius. Tertio ꝙ magis ſit purificatiuus, ⁊ diſſimilariū magis ſeparatiuus. Similariū vero magis ꝯgregatiuus: At Theologus pro veritate diceret magis ignem hęc facere, qa ſic eſt ordinatū a diuina ꝓuidētia: cuius ratio humanuȝ captum excellit. Quod igit̄ aīę poſt mortē pęnam ſenſus pati poſſint, ⁊ multiplicē delectationē, ⁊ quō diuerſimode Philoſophi, ⁊ Theologi hęc aſſerant, ex hiſce perſpicuum eſt.

¶ Soluit̄ 9^a. q. ⁊ declarat̄ aīa poſt morteȝ ſi cognōſcat ſingularia, vt amicos, filios, ꝓpinquos, necnō ⁊ mutationes, quę emergunt in illis: rurſus an cogſcat ea ſingularia, quę poſtea perpetuo emergūt. Cap. LXXIX.

PRętera maxima. q. eſt ſi aīa poſt mortem ea ſingularia cognoſcat, quę in vita nouit: ⁊ ſi de nouo alia appꝛhēdere poſſit, ⁊ mutatiōes, quę illis emergūt: peripatheticus, qui fortaſſe nō abhorreret diſtinguē duplices ſpēs, alias que aīę iſunt vi ſeparationis: alias, quę aīę iſunt vi vnionis ad corpus. Sūt eniȝ res quas cognoſcit, duplices: alias, quas cognoſcit vi ſeparationis, vt meritū, pęnam, locuȝ, ⁊ cętera: quę ſuperius diximus. Alias vero, quę cognoſcit vi vnionis, vt res nāles: hinc alię ſunt ſpēs, qbus illas, ⁊ alię, quibus has res cogſcit. Spēs qbus, illas cognoſcit, accipit a ſuperis ſubſtātys, lumine diuino ipſam diſponēte. Spēs vero, qbus has appꝛhēdit a phātaſmatibus accipit lumine itellectus agētis ipſam afficiente. Tūc pipatheticus aſſerens hāc diſtinctionē diceret aīam poſt mortē intelligere ſingularia: quaꝝ ſpēs hr̄e poteſt: q2 igit̄ poſt mortem eoꝝ ſingulariū ſpēs hr̄e pōt, quę intelligit vi ſeparatiōis: ideo poſt mortē illa intelligit: vnde appręhēdit locū, ad quem delata eſt, ⁊ vnde exiuit, ⁊ ſe exiſſe, ⁊ pęnaȝ, ⁊ pmium, ⁊ id genus. Rurſus qa eoꝝ, quę itellexit in vita, ſpēs ſeruat, et ſpēs vt ſilitudo repſentat per ſe vl'e, vt effectus repſentat ſingulare ⁊ quo ꝓducta eſt: hinc poſt morteȝ eoꝝ, ſingularium ſpēs detinēs: e qbus ſpēs genitę ſunt, pōt intelligere ſingularia: quoꝝ ſpecies detinēt: vtrum nō itelligit illa in phātaſmatibus, ſed in ſe: qa poſt mortē nō intelligit itellectione cōuerſa ad phātaſma. Aly pipathetici dicerēt nullo pacto poſt mortē aīam itelligere niſi ſingularia: quę intelligere pōt vi abſtractionis atq3 ſeparationis: nā cętera ſingularia nō itelligebat niſi in phātaſmatib⁹, vt ego nūc amicuȝ intelligo: quem Romę olim appꝛhēdi. Cum igitur ſpēs nō repſentet vt effectus niſi ſingulare in phātaſmatibus: ideo ceſſante phātaſmate ſingulare, aīa itelligere nō pōt. At ſanctiſſimi viri: qui dicūt aīam poſſe itelligere nālia ⁊ per ſpēs ab eis cauſatas, ⁊ per ſpēs a ſupis defluxas, dicerēt eam poſſe itelligere, ſed nō niſi per ſpēs influxas: ⁊ nō ſemp: ſed ſm diuinā permiſſionē: quare ſm pipatheticos aīa ea, quę hic emergūt, vel emerſerūt, nequaq3 itelligere poterit. Scđm vero Theologos, ⁊ veritatē deo pmittēte, per alium modū, q3 per ſpēs a nālibus defluxas itelligere pōt, vt ſanctiſſimus doctor Tho. expoſuit. At nunc pipathetice dicēdū eſt, rerū nālium vl'ia in vl'i aīam poſt mortē itelligere: vtpote per ſpēs ex illis acqſitas. Uerum alio modo, quo itelligebat illa in corpe: qñquidē illa vnita nō itelligebat, niſi in phātaſmatibus, poſt mortē in ſingularibus vt hñt eſſe ſimpl'r. At ſingularia: quę intelligebat vi vnionis, vt amicos, ꝓpinquos, ⁊ mutationes ꝯtingētes in eis nō appręhēdit, cum hęc itelligere nō pōt, niſi in phātaſmatibus. Singularia vero vi ſeparationis intelligibilia hñ itelligere pōt ex influxu ſpēꝝ illa repñtātium: hęc pipathetice fortaſſe dicēda ſunt. Unde, ⁊ Tho. bonaȝ rōneȝ attulit: nā aīę ſeparatę ſm modū eſſendi ſegregatę ſunt a ꝯuerſatione viuētiū. Cōiuncte vero ꝯuerſationi ſpūaliū ſubaꝝ: quę ſunt a corpę ſeparatę: quare nāliter ea, quę hic agūtur: cognoſcere nō pñt: an vero per alium modū cognoſcāt: trāſcēdit captū pipatheticū. Ari. enim p ethi. inqt: imo fortaſſe querēdū vtrū hi, qui deceſſerūt boni alicui⁹, aut mali participes ſunt. Videt̄. n. ⁊ ſi qcq3 ex his ad illos ptineat ſiue bonū ſiue ꝯtriuȝ: leue qddā, ac paruū vel ſimpliciter ipis eſſe: deniq3 neq3 tātū, neq3 tale, vt btōs efficē, qui nō ſunt, vel illis, qui ſunt: auferre btitudinē queat. vbi p3 Ari. loq de mortuis, vt Plato logt̄, qui vbiq3 mortuos p^a pte. q. 89. arti. 4. ⁊ 8°. p^a pte. q. eadē ar. 8.

aīas a

UVA. BHSC. IyR_143_2

aias a corpe ſeparatas appellat. Ergo ſm Ari. ſi quaꝫ e oꝝ quę hic fiunt, aia cognitionem habeat, illa eſt parua: qꝛ in vniuerſali, ꝛ ꝯfuſa: qua cognoſcēdo hoiem cognoſcit amicos ꝛ cęteros ſingulares homines: ꝛ qua cognoſcendo motum oēs mutationes, quę hic fiunt, cognoſcit. 10. q. ſoluta
Ca.78º. eſt, cum de pęna ꝛ gaudio aiaꝝ ſeparataruꝫ locuti ſumus: ideo de ea hactenus dictum ſit.

¶ Undecima. q. ſoluit̄, ꝛ declaratur an anima ſeparata cognoſcat aliam animā, vtpote amici, vel filij: ꝛ an eaꝫ alloqui poſſit. Cap. LXXX.

RUrſus. q. non parua eſt, ſi anima ſepata alias aias cognoſcat, vt amicoꝝ, filioꝝ, ꝓpinquoꝝ, ꝛ ſimiliuꝫ: ꝛ eas alloqui poſſit. Plato cōpluribus locis, vt in Gorgia auctoritate poetarum Acarontis aiaꝫ cęteras aias cognoſcere, ꝛ eas alloqui Minoem etiā illas iudicare concedit. Oēs quoqꝫ poetas ſcimus nō ſemel cantare Venereꝫ Jouem, Joueꝫ cęteros deos alloqui: quos reuera, vt Plutarchus inquit nō ſunt hoies, ſed heroum aię. Peripathetici negare non poſſunt aiaꝫ poſt mortē ſeipſam cognoſcere ſiue per eius eſſentiā ſe cognoſcat ex vi ſeparationis, ſiue per ſpecieꝫ ab ipſa defluxam lumine diuino ipſaꝫ afficiēte: ſiue per ſpēm e ſuperis ſubſtantijs ꝓductā: ſemp arbitror eos dicere ſeparatam aiam poſſe ſeipſam cognoſcere: ꝛ qm̄ cęterę aię ſunt ſm eundeꝫ eſſendi modum, iure per eſſentiā ſuā cęteras cognoſcere pōt, nō tn̄ quo illę ſunt amicoꝝ, vel filioꝝ: cum per eſſentiaꝫ ſuam amicos, vel filios nequeat cognoſcere. P. poteſt dicere eas cognoſcere per eſſentias illarū, ſicut ſuperas ſubſtātias apprehendit apprehenſione, quę eſt ipſa res apprehenſa: qua rōne pōt aia hęc cognitione, quę eſt res apprehēſa, vtpote per eſſentiā rei, cęteras aias apprehēdere: inſuper vi ſeparatiōis poſſet illas itelligere per ſpecies a ſuperis defluxas: nunꝙ tn̄ illas apprehēdit, quo ſunt vel amicoꝝ vel filioꝝ nāli. ſ. apprehenſione: niſi per alium moduꝫ, vt diuus Thomas expoſuit compluribus locis: quē moduꝫ peripatheticus nō cognouit. Utruꝫ vo alloqui altera alteram poſſit, Theologi dicunt alterā alteraꝫ alloqui poſſe nō exteriori vbo: ſed interiori: quatenus altera in ſe cōceptus format, eo ordine, quo loquendo extrinſec⁹ formaret: ꝛ ita illos ſic cōpoſitos cognoſcendo, diceret̄ alteram alterā loqui. Veruꝫ hoc dici nō pōt, niſi ſupponamus aiam poſt mortem intelligere poſſe ſingularia: circa quę locutiōes ſunt: Sed cū aia poſt mortē ſolum ea ſingularia cognoſcat: quoꝝ vi ſeparationis ſpēs a ſuperis ſubſtātijs accępit, ideo ſm peripatheticos in his ſoluꝫ aia aiaꝫ alloqui poſſet: De ſingularib⁹ vo: quoꝝ cognitionem nālem habuit in vita: cum illa non amplius cognoſcat, diceret in his alterā alterā alloqui non poſſe. At theologus, qui per alium moduꝫ aſſerit ea poſſe cognoſcere: de oibus loqui poſſe non dubitaret, maxime deo permittēte. At ſi de vlibus locutiōes eſſe poſſunt, fortaſſe prohiberet nihil in his alteram alteram alloqui poſſe. Et ſi dicas aias habere voluntatē tum imutabileꝫ: ſed in locutione voluntas eſt mutabilis, poſſet dicere aiam habere voluntatem imutabileꝫ circa ea quę egit, vt forma corporis, vtpote circa virtutes, ꝛ vitia. ſ. carentia corporis: circa ea, quę intellectus ſunt, pōt habere voluntatē mutabileꝫ, ex quo pꝫ alteram alterā poſſe docere, nō qdeꝫ ea, quę intelligibilia non ſunt niſi vi vnionis: ſed ea, quę intelligibilia ſunt vi ſeparationis. Hęc cōiecturabilr̄ dicere poſſum⁹: ꝛ qdē his, quę Ariſto. dicit, nō ꝯdicendo. Utrum vo ſint catholice dicta: ſanctiſſimis doctorib⁹ relinquo: ſatis mihi eſt in puris nālib⁹ cū Pomp. diſputare. hic. n. arbitrat̄ Ariſto. velle aiaꝫ nō remanere poſt mortē: qꝛ nihil de ei⁹ ſtatu poſt obitum locutus eſt: Ego vo arbitror euꝫ fuiſſe locutū quouſqꝫ rōnālis euꝫ potuit regulare. Sed qꝛ hęc, quę de aia aſſignātur poſt mortēꝫ: nō poſſunt rōne nāli regulari: iure prętermiſit: nos vo nō per rōnes nāles, ſed ꝑtim per fidem: quę in his potiſſimū argumētum eſt, ꝑtim cōiecturis rōnabilibus: nō tamē eis, quę ipſe dicit aduerſando: hęc exercitij cauſa ſubiecimus. nam ſi nos hęc probare non poſſumus: Pompo. iſta minime refellere poterit.

¶ Duodecima. q. ſoluit̄, ꝛ declarat̄ ſi aia pōt locum dimittere: vbi ſtare deputata eſt, ꝛ nobis apparere: ꝛ ſi imutabiliter vult, quicqd vult. Cap. LXXXI.

MAgna. q. ſemꝑ fuit an aia, quę certo loco poſt morteꝫ deputata eſt, poſſit ex illo exire, ꝛ nobis apparere: Gentiles nō dubitarūt in hoc. Cęſar. n. apparuit Caſſio ꝛ Bruto. Alter arcadum apparuit alteri: catholici nō modo credunt hoc, ſed pluribus miraculis confirmarunt. Peripatheticus diceret aiaꝫ e ſuo loco recedere non poſſe, qm̄ ad illuꝫ q̄ſi natura. ſ. impetu vitioꝝ ferebat̄: ꝓpterea nec nobis apparere poſſe aſſereret: ea vo, quę apparent phantaſmata eſſe dicerēt, de qbus Ariſto. loqt̄ in libro de ſomno: ꝛ nos ſupra aliqua diximus: poſſent bonā rōneꝫ reddere. Prio ex ꝑte aiaꝝ, ꝙ aię. ſ. ſeparatę poſt mortē ab hoium cōuerſatiōe ſeparatę ſint, ꝛ ſolum ſubſtātijs ſeparatis applicatę ad illaſqꝫ conuerſę: vnde ꝛ primo ethicoꝝ inquit Ariſto. inter viuos ꝛ mortuos ciuilium operū cōicationeꝫ eſſe nō poſſe. Scdo ex ꝑte noſtri: nam noſtra cognitio eſt per ſenſus, rebuſqꝫ ex ipſis ſenſibilib⁹: quibus pꝫ ho̲ꝫ aias hoibus nāliter apparere nō poſſe, nec loca deſerere: qbus deputatę erant. Theologi vo per diuinam diſpenſationeꝫ has, ꝛ deſerere loca poſſe ſaltem ad tempus, ꝛ nobis apparere complurib⁹ miraculis comprobarunt: Quod ꝛ Gentiles ipſi hyſtorijs cōplurib⁹ affirmāt, vt Valerius ꝛ alij. Utruꝫ vo habeat ſeparata aia voluntatē imutabileꝫ, ipſi peripathetici circa actiones nō negarent, vtpote corporis defectu: cuius preſentia ad agendum aię neceſſariū eſt: vt ꝓximo caplo diximus. Catholici vo imortalitatē hāc eſſe ex ipſius impij aię obſtinatiōe aſſereret: Circa quę vo habent mutabileꝫ, nos ꝓxio capite explicauim⁹: ꝙꝙ catholici hāc nullo mō eā hr̄e poſſe aſſerāt niſi premittēte deo: aiaduerte tn̄ theologos has, ꝛ plures qōnes longe deſiderabiliores determinaſſe: ꝛ qdeꝫ diligētius, verius, ꝛ certi⁹: nos vo has volumus ſufficere, nec aſſerēdo, ſꝫ ſoluꝫ diſputando de eis dicta hęc ſint: hactenus de Pompo. 9ª rōne.

¶ Decima Pomp. rō diſputat̄: ꝛ de ordine aiaꝝ ſm latitudineꝫ ꝑfectionis determinat̄. Cap. LXXXII.

IJs diſputatis, quę ad rōnē Pomp. nonā attinet, reſtat nūc redire ad reliquas eius rōnes. qbus eius opinionē ꝓbabat. Argumentatur ergo decimo aiam ſimplr̄ nālem, ſm quid vo imaterialem, ꝙ in ordine animarū teneat ſupremum gradum totius latitudinis illarum in abſtractione: qn̄qdem aia plantaruꝫ nihil abſtractionis habeat: Utrum ſupra hac non nihil imaterialitatis habet anima ꝫophyticoꝝ animaliuꝫ, ꝙ tactum ꝛ cōfuſam imaginationem habeat, ſupra hac adhuc magis aia ꝑfectoꝝ aialiuꝫ, ꝙ habeat hoꝝ aia cognitionem aliquā rerum in abſentia: ſupra hac cogitatiua, ꝙ magis adhuc ſpiritualiorem habeat: ſupra hac intellectiua: quę adhuc ſpiritualioreꝫ hēat. Sed hic ordo friuolus eſt, cum cogitatiua non variet gradum: eſt enim ſm omnes qui de cogitatiuā loquūtur, vna pars ipſius ſenſitiuę animę: ergo non ponit in numero graduum. P. Ariſtote. 2º de anima libro conſtituens gradus T.c.37.
pęnes quorum variationem latitudo variatur. In primo ꝛ.38.
gradu conſtituit vegetatiuum. In ſecundo vo ſenſitiuum: Intellectiuū vo nō vult eſſe ponendum in hac latitudine,

UVA. BHSC. IyR_143_2

vnde dicit περὶ δὲ θεωρητικοῦ νοῦ ἕτερος λόγος. hoc eſt de ſpectatiuo autẽ intellectu eſt altera rõ: qm̃ vt exponit Simplicius non ponit̃ in latitudine ceteroꝝ graduũ aię: quũ illi gradus ſint ex mã, ⁊ ſemine: hic extrinſecus accedat. Conſtituẽs vo gradus ipſius ſenſitiui: qđ ſenſitiuũ ponebat̃, vt vltimus gradus aię: eoꝝ. ſ. qui ex ſemine traducunt̃: inquit, ⁊ ſenſitiuoꝝ, [ Hęc qdẽ, hñt ſm locũ motiuũ: hęc vo non hñt. τελευταῖον δὲ τὸ ἐλάχιστους λογισμὸν καὶ διάνοιαν: οἷς μὲν γὰρ ὑπάρχει λογισμὸς τῶν φθαρτῶν, τούτοις καὶ τὰ λοιπὰ πάντα, οἷς δ᾽ ἐκείνων ἑκάστον, οὐ πᾶσι λογισμός. ideſt vt verbum verbo reddam. Ultimuz aũt ⁊ minimũ ratiocinationẽ, ⁊ rõcinatiuã: qbus qdez. n. ineſt rõcinatio coꝛruptibiliũ, his ⁊ reliq̃ oĩa inſunt: qb⁹ vo illoꝝ vnũqđqz, nõ oĩb⁹ ineſt rõcinatio. ] Ex his apparet ſm Ariſto. p̃mũ graduz ſenſitiuoꝝ eẽ eoꝝ, q ſenſum tm̃ hñt. Scđz vo eoꝝ: qui vltra ſenſum hñt motiuũ. Tertium deniqz eoꝝ, qui vltra hęc hñt logiſmũ. i. rõcinationẽ, ⁊ dianoeam. i. rõcinatiuã, ſiue cogitariaz, vt hoĩes: qꝛ quaten⁹ ſenſitiui ſunt, vident̃ eẽ in vltĩo gradu illoꝝ, ꝙ vltra illa duo habeãt dianoeam, qua, vt aĩalia profeſtiſſima rõcinant̃, ⁊ diſcurrũt: ſunt: qui h̃ dixiſſe Ariſto. dicunt ꝓpter pygmenos, q aĩalia ſunt ꝑ dianoeã. naz ꝑticulariter diſcurrunt, ⁊ rõcinant̃, hoĩes aũt q per itell̃m ſunt, alteri⁹ ꝯſiderationis erũt ab hac latitudine, ꝑꝑea dixit de itell̃u eẽ aliã rõnem, qꝛ nõ ſpectat ad latitudinẽ ſenſitiuoꝝ: ⁊ aſſignans cãm hui⁹ oꝛdis, inqt: qb⁹. n. ineſt rõcinatio coꝛruptibiliũ. i. qbus ineſt dianoea de numero coꝛruptibiliũ, ys ⁊ reliqua oĩa inſunt: qb⁹ aũt illoꝝ vnũqđqz, nõ oĩb⁹ ineſt logiſm⁹. i. dianoea. Addit vbũ coꝛruptibiliũ: ꝑꝑ nõnullos dęmones coꝛpoꝛeos vt Calcidius ⁊ Apulleius, ⁊ cęteri Platonici dixerunt: qbus ineſt logiſmus, ⁊ dianoea: ⁊ non ſenſitiuũ: nec dixit h̃ ꝑꝑ cęluz, vt exponit Auerroes, ſ3 ꝑꝑ hoˀ dęmones, quos inter aĩalia enumerarũt Platonici, vt exponit Plutarchus. Ecce ꝙ Ariſto. intellectiuũ, quo hõ cõſtituit̃: non enumerat inter cęteros gradus aĩaꝝ: qđ non aĩaduertens Pomp. in opionẽ illaz falſaz tradit̃. Immo ex his Ariſtotelis vbis clariſſime pz intellectiuũ nõ eẽ de gñe, nec de latitudĩe cęteraꝝ aĩaꝝ. Pz ẽt nõ bñ dixiſſe eos, q minimũ ⁊ vltimũ crediderũt eẽ intell̃m. naz Ariſto. nõ de intellectu illud dicit: ſ3 de rõcinatiuo: qđ dianoeticũ appellat: hoc. n. eſt vltimũ in vniuerſa ſenſitiuoꝝ latitudine. P̃. Si latitudo Põp. eſſet ꝯueniẽs, adhuc vltra hos gradus eẽt addendus alius. ſ. aĩa q eẽt ſimpl̃r imãlis: ⁊ ſ3 qd mãlis: q̃ cũ nõ poſſit eſſe cęleſtis aĩa: erit intellectiua ipſa aĩa. Quare hęc Pomp. latitudo vel vtit̃ ꝯ ip̃m: vel vtit̃ ꝯ Ariſtotelez.

¶ Ultima Pompo. rõ diſputat̃: ⁊ declarat̃ auctoꝛitas. 12. libꝛi metaphyſicę de beatitudine: Et redditur cã cur Ariſtoteles nõ locutus eſt de beatitudine aię poſt moꝛtem in libꝛis ſciẽtificis, ſ3 in alys libꝛis: ⁊ cur de ſtatu aię ſeparatę panca dixit: ſ3 ſolũ ſemĩa ſparſit. Cap̃. LXXXIII.

P Reterea vltimo Pompo. poſitionẽ ei⁹ ꝓbat ꝙ Ariſt. 12. metaphy. beatitudinẽ hoĩs paruo tꝑe durare dixerit, qm̃ nõ vltra vitã: q̃ exigua eſt, vbi aĩa eẽt perpetua hoĩs beatitudo eſſet perennis. Oſtendit ẽt eo loco nõ feciſſe dr̃iaz de hoĩe ⁊ aĩa, qꝛ quę dicit de hoĩe, voluit eſſe intelligenda de aĩa: nam non fecit de deo ⁊ de cęlo dr̃ia, intelligens de cęlo, quę dixit de deo. P̃. (vt dicit) ſi eo loco de aĩa nõ loquit̃: vbi fuiſſet locut⁹: eſt. n. ille ꝓpꝛius locus. P̃. argumẽtatur, ſi aĩa poſſet ea beatitudĩe effici beata, qua deus eſt, efficeret̃ deus. Demum in tanta re, cum nihil dixerit, eſſet accuſandus. Sed l3 ſupius hęc fuerunt perpulchꝛe declarant̃: tñ bꝛeuibus repetamus: ⁊ p̃mo ꝙ Ariſto. 12. li. metaphyſicę loquit̃ de hoĩe, qui aĩa cõſtat, ⁊ coꝛpoꝛe, hunc. n. ea beatitudine, qua dy beant̃, aſſerit paruo tꝑe eſſe beatuz qm̃ non niſi in extremo vitę, vbi longis virtutib⁹ longiſqz ſtudys tandez peruenit ad heroicã virtutẽ mediante qua ipſe deo copulabit̃, ⁊ efficietur heros, ſiue (vt Platonice loquar) ſanctus. Dixit autez hoc ꝓpter nõnullos platonicos, qui putarunt beatitudinem nõ aſſequi hoĩez niſi poſt reſurrectionez, quã poſtea hõ perẽnem habebit: At cum ipſe reſurrectionez fieri poſſe neget p̃mo de aĩa libꝛo, ꝓpterea dixit beatitudinẽ eam: qua dy ipſi beantur homini paruo tꝑe ineſſe: cum nõ niſi in vita: ⁊ quidez poſt heroicę virtutis adeptionẽ. Cum vo dicit Ariſto. nõ feciſſe dr̃iam inter hoĩem, ⁊ aĩam: pace ſua dixerim hoc falſum eſt, quia Ariſto. vbiqz fecit dr̃iam: nam Plato voluit hominez eſſe aĩam, Ariſto. negat, l3 in moꝛalib⁹ aliqñ Platonice loquẽdo appellet hoĩem aĩaz. nec eſt verũ eo loco nõ feciſſe differentiã inter cęlum ⁊ deũ, qm̃ nõ dicit deum eſſe animal ſempiternum, optimum, ſed ζῷον ἀΐδιον, hoc eſt viuens ęternum. ζῶος eniz viuens, ⁊ ζῷον etiam viuens dicitur: ob quod viuẽs, vita, ⁊ perpetua duratio / atqz ſempiterna θεῷ hoc eſt cęlo diuino exiſtit: quaſi dicat deuz eſſe viuens per eſſentiã, participatione cuius cęlum diuinũ viuit: Ubi pz Ariſtotelez feciſſe dr̃iam inter deũ, ⁊ cęlum: cuz dicat deũ per eſſentiã viuere, cęlum participatione. Cum vo dicit ſi de aię beatitudine eo loco non eſt locutus, vbi fuiſſet locutus, cum. n. ille ſit ꝓpꝛius locus, ⁊ ibi non loquitur: nullibi ergo loquit̃, ergo illam nõ ſentit. Dico locuz ꝓpꝛiũ eſſe de aĩa libꝛum, qui eſt medius ⁊ mathematicus de rebus medys agens. Signuz aũt eſt ꝙ q̃õnem hanc eo libꝛo mouit. Cum igit̃ ad euz libꝛũ ſpectat qõ: videt̃ q̃õnis eiuſdez determinationẽ ad eum libꝛũ ſpectare. Cur vo in libꝛis ſciẽtificis q̃õnem hanc nõ deciſit, eſt ꝙ libꝛi illi ꝓcedunt per cãs, vel effectus, hoc eſt per demonſtratiões. Cuz igit̃ res hęc non poſſit demonſtratione definiri: a ſcientificis libꝛis hanc abiecit: ꝓpterea aſſerit Albertus eo libꝛo, quẽ de oꝛigine aię conſcripſit, Ariſto. libꝛo de natura deoꝛuz q̃õnem hanc definyſſe: cum eo libꝛo nõ ſcientifice proceſſit, quem aſſerit eſſe legitimum Ariſtotelis. Ego vo ſiue ille liber ſit Ariſtotelis, ſiue nõ: aſſero q̃õnem hãc Ariſtotelem in his ſcientificis libꝛis nõ potuiſſe determinare, ꝙ in eis pꝛocedat ex his: quę noſtris ſubiacent ſenſib⁹: ꝓpter hãc eandẽ rõnem de ſtatu aię poſt moꝛtẽ pauca declarauit. Sparſit autẽ ſemina, qm̃ declarauit ipſam nõ moꝛi cum coꝛpoꝛe, vt ex multis rõnibus nos pꝛobauimus: ⁊ pꝛobabimus: ex his ſeminibus dedit nobis viam, vt dicamus aliqua ſicut diximus ſaltem cõiecturabil̃r. Ex his apparet eũ non eſſe accuſandum ſi in tanta re tacuit: qm̃ vbi nõ poteſt dicere ſm ſui philoſophandi modum, nec per rationez, qua ipſe philoſophatus eſt: ſatius fuit ipſi tacere. Patet etiã aĩam, quę eadem numero beatitudine, qua deus eſt, beatur, non effici deum, l3 Themiſtius, ⁊ gentilitas cõcedant: qm̃ non eodem modo beat̃ ſicut deus / l3 eadem beatitudine numero: qm̃ deus illa beat̃ per eſſentiaz, aĩa aũt per copulationem, qua ſibi deus copulatur: vt ſuperius ꝓlixe dictuz eſt. Et de rõnibus Pompo. hactenus.

¶ Qz hęc, anima eſt imoꝛtalis: non ſit pꝛoblema neutrum: imo ſit concluſio per ſe demonſtrabilis: ⁊ demonſtrat̃ hic multis rõnib⁹: ⁊ ꝙ Plato nõ opinãdo, ſed aſſerẽdo imoꝛtalitatem, ſit locutus. Cap̃. LXXXIIII.

D Emum Pompo. pꝛo vltima eius mẽte, pꝛoqz etiaz veritate tria dicit. Pꝛimo de imoꝛtalitate aię eſſe ꝓblema neutrum, ꝙ vtraqz ex ꝑte ſint dialecticę rões. Scđo dicit de imoꝛtalitate aĩe eſſe articulum fidei: ideo nõ eſſe pꝛobandum aſſerit, niſi per media credita: quę fidei pꝛopꝛia ſunt: alioquin nõ ꝓcederet niſi per extranea: ⁊ nõ ꝑ ꝓpꝛia arti: qui illam pꝛobaret. Tertio dicit ꝙ l3 Plato tanta de

T. c. 41

Cõtra ea que dicit ca. vlt°.

UVA. BHSC. IyR_143_2

imortalitate aię ſcripſerit:firmitatē tñ nō habuiſſe exi/
ſtimat, vt ex fine apologię colligit, vbi illam ſub dubio
relinquere videt̃. In Tymęo vō cū ꝓpoſuiſſet de ea di/
cere, quaſi ſe excuſans dixit ſatis ſibi eſſe ſi in re tā diffi
cili/veriſi'lia dicat:ꝓpea dicit plura magis opinādo, q̄ꝫ
aſſerēdo eſſe locutū. Hęc ille:quę nec vera ſūt, nec ſibi
cōſtant. Qꝫ gdeꝫ nō ſibi cōſtent, pꝫ.naꝫ articulus fidei
nō pōt ꝓbari, vt ipſe dicit, niſi per ꝓpa fidei. Ergo nō
per rōnes dialecticas, aliogn magis per extranea ꝓce/
deret ſic ꝓbans, q̄ꝫ ille, qui euꝫ ꝓbaret demonſtratiue.
Qd ſi nō pōt ꝓbari per rōnes dialecticas, minime erit
ꝓblema neutrū. R. De articulis fidei nō neutro modo
opinamur, imo ipſos firmiter credim⁹. Ergo ſi de imoꝛ
talitate eēt ꝓblema neutrū eaꝫ nō firmiter crederem⁹,
quare nō eſt articulus fidei. R. Cū dicit articulos fidei
nō eſſe demōſtrabiles, falſum aſſerit. naꝫ ꝓbari pñt ex
p̄ncipys per ſe notis in theologia, ſicut ↄcluſiones phy/
ſicę demōſtrant̃ ex pꝛincipys per ſe notis in phyſica. lꝫ
ſit dīa, q̄ p̄ncipia theologica in theologia ſunt ꝑ ſe no/
ta lumine ſuperioꝛis ſciētię. ſ. dei ⁊ beatoꝝ:at pꝛincipia
nālia ſunt per ſe nota, aut ex ſupioꝛi ſcia:aut lumine na/
pª pte.q. turali, vt Thomas inquit, hac rōne ſancti doctoꝛes aſſe
pª arº.z. runt theologiā eſſe ꝓpꝛie ſciam. R. Errat cū inquit arti
culos nō poſſe demōſtratiue ꝓbari:qꝛ ꝓbatio eſſet per
extranea. nam lꝫ ſic ꝓbans erraret quo ad modum ꝓ/
bandi:tñ nō erraret in ꝓbādo: ꝓbauit. n. Ariſto. zº lib.
de cęlo:terrā ſphericā eē ⁊ per phyſicas, ⁊ geometricas
demōſtrationes:nō tamē errauit in ꝓbando:lꝫ per ex/
tranea ꝓceſſit. R. Dicerē eū errare/qui articulis crede/
ret, nō, vt traditi ſunt a ſanctis:ſed, vt demōſtrantur:vt
luciſſimus doctoꝛ Egidius aſſerit:qui vō crederet ali
quē fidei articuluꝫ:nō quideꝫ, vt ſibi demōſtratuꝫ, ſed,
vt traditum a ſanctis viris, poſtea pꝛo declaratiōe euꝫ
ꝓbaret etiaꝫ demonſtratiue, arbitroꝛ euꝫ meruiſſe. Qꝛ
vō nō ſit pꝛoblema neutruꝫ/ſed cōcluſio demonſtrabi/
lis, ex per ſe notis demōſtrauimus, ⁊ rurſus demōſtra/
bimus. naꝫ per ſe notū eſt, oēm foꝛmā exiſtentē in ali/
quo ſubiecto, a quo depēdet in eē ⁊ ↄſeruari, nō agere,
niſi actiōe cōpoſiti:hoc. n. lꝫ rōne pateat, qꝛ. ſ. foꝛma na/
turaliter nō agit, niſi ſm hoc eſſe, qd habet:ſenſu etiam
conſtat, cum nullaꝫ videamus foꝛmā taleꝫ: cuius actio
non ſit cōpoſiti:niſi quis det inſtantiaꝫ de intellectiua/
de qua eſt quęſtio. At intellectiua anima nō agit opera/
tione compoſiti:non. n. operatione coꝛpoꝛis, nec alicui⁹
partis coꝛpoꝛis, ergo nō depēdet ab eius ſubiecto:quo
cōceſſo ſequit̃ illaꝫ nō coꝛrūpi coꝛruptiōe ſui ſubiecti.
R. Nulla foꝛma exiſtens in ſubiecto, e quo depēdet in
eſſe ſimpl'r, agit contra inclinationē illius:hęc eſt per ſe
nota, ⁊ cōtra eaꝫ nulla pōt ferri inſtantia, niſi de re, quę
eſt in qōne:qualeꝫ ferre poſſum⁹ cōtra pꝛincipia demō
ſtratiua:cuꝫ demōſtratiua inductione ꝓbantur: ſed in/
tellectiua anima vult aliqñ cōtra inclinationē ſui ſubie
cti:vt vnuſquiſqꝫ experit̃, imo ↄtra inclinationē ſtella/
rum, vt inquit Ptolomęus. Ergo nō dependet ab eius
ſubiecto:quare illo coꝛrupto ipſa nō coꝛrūpet̃. R. Acci
piamus, vt per ſe notū, ⁊ cōceſſum ab oībus peripathe
ticis, vl'e eſſe vbiqꝫ, ⁊ ſemper, qd etiā Plato in Parme
nide aſſerit:⁊ quęramus an tale eſſe vbiqꝫ, ⁊ ſemper ha
beat, vt eſt in re, vel vt eſt in itellectu:nō. n. tale eſſe hꝫ,
vt in re eſt:qñ ſm peripatheticos in re habet eē in mā:
quę cōtrahit ad indiuiduationē:⁊ ſic nō pōt eſſe vbiqꝫ:
⁊ per eandeꝫ cauſaꝫ non poteſt eſſe ſemp:quia materia
eſt cauſa tranſmutationis. Ergo vniuerſale non hꝫ tale
eſſe, niſi vt habet eſſe in itellectu, qui ipm ſeparat a ma
teria:loco, ⁊ tēpoꝛe, ita vt ꝓpter hoc ſit perpetuū:ab in/
tellectu ergo vniuerſale erit perpetuū, quo ↄceſſo, quę/
rimus vtrū habeat eſſe perpetuū ab intellectu, quo itel
lectus perpetu⁹ eſt, aut quo eſt trāſmutabilis, nō enim
pōt dici eſſe perpetuū ab intellectu, quo ille eſt trāſmu
tabilis, quippe cū nulluꝫ per ſe trāſmutabile poſſit eſſe
cā perpetuitatis, accedit q̄ vl'ia ſūt ꝑpetua ꝑticipatiōe
intellectus, ergo intell's erit per eſſentiā perpetu⁹. Hęc
ergo ↄcluſio aīa eſt ſimpl'r imoꝛtalis demr̄abilis eſt, ex
opatione aię/quę eſt intelligere, ⁊ velle: ex obiecto, qd
eſt ipſuꝫ vniuerſale, ⁊ ex ↄditione foꝛmaꝝ mālium, quę
intellectiuę aię nō cōpetit. Quā veritatē inuens Ariſto.
vbiqꝫ cōtra eos, qui dixerunt intellectum eſſe ſenſum,
argumētat̃, ſi intell'us eſſet ſenſus, nō eſſent niſi ſenſibi
lia:⁊ ita deleret̃ metaphyſica:quę eſt de intelligibilib⁹,
eodē mō argumētoꝛ, ſi intell's eſſet ſimpl'r mālis, nulla
eſſent entia, niſi ſimpl'r mālia:⁊ ita vt p̄us, deleret̃ me/
taphyſica. Quā rōneꝫ ↄ Pōp. reputo efficaciſſimā. R.
accipio itell'ꝫ eē ſimpl'r ꝑpetuū:hꝫ eſt ↄceſſuꝫ Alexādri
ſaltē de agēte, Themiſty, Theophꝛaſti, Simplicy, cę/
teroꝛumqꝫ gręcoꝝ, quos Auer. expoſitoꝛes appellat.
Hoc eſt ↄceſſuꝫ arabū, vt Auerrois, Auempaces, Abu/
baces, Auicēne, Algaçelis, ⁊ Alpharaby ſaltē de agēte:
nemo. n. de intell'u vnq̄ꝫ dubitauit. Scdo accipio de mē
te Pomp. demr̄atiue patere nō eē vnicū numero itell'ꝫ
in oīb⁹ hoīb⁹:⁊ Argumentoꝛ intell's eſt ꝑpetu⁹ ſimpl'r
ex cōceſſione oium, ⁊ nō eſt vnus numero oiuꝫ ex ↄceſ/
ſione Pōpo. Ergo aīa eſt ſimpl'r perpetua, ⁊ ita cū coꝛ/
poꝛe nō moꝛit̃:⁊ nō remanet vna oiuꝫ:ſed poſt moꝛteꝫ
vniuſcuiuſqꝫ ꝓpꝛia ⁊ ſepata. Cum vō dicebat ipſe Pla
tonem de imoꝛtalitate nō aſſerēdo/ſed opinādo eē lo/
cutum, Miroꝛ euꝫ qui tantū in Platone ꝓfitetur: non
animaduertiſſe demr̄ationes Platonis in Phędone:
quas Alber. perpulchꝛe collegit in libꝛo de oꝛigine aię.
Si eniꝫ ipſe opinādo locut⁹ eſſet, in aliquo libꝛo dediſ/
ſet viaꝫ, qua rōnes Phędonis opinās cōtrariū ſoluere
poſſet. R. Plotinus ſummus Platonis imitatoꝛ imoꝛ/
talitatē non opinādo perſuaſit/ſꝫ de mēte Platonis eo
libꝛo, quē de ea cōſcripſit:manifeſte aſſerēdo:ipſaꝫ de/
monſtrauit. Qd aūt illam dubitauerit aliqñ, vt in apo/
logia, vel alibi:fecit(inueret rei difficultatē:redderetqꝫ
legētes attētos, ⁊ cū dixit per veriſimilia velle ꝓcede/
re in tam grandi re:verbo modeſtatis vſus eſt, vt ſępe
notat Simplicius de Ariſtotele:ne arrogātię notaꝫ in/
curreret. Quā reꝫ aīaduertēs Beſſarion vir vtraqꝫ lin/
gua diſſertiſſim⁹, ⁊ in Platonica doctrina maximus eo
libꝛo quē aduerſus Geoꝛgiū trapeçuntiū de ōfenſione
Platonis cōſcripſit, aſſerit Platonē firmiſſime credi/
diſſe, demr̄aſſeqꝫ aię imoꝛtalitatē, potiſſimuꝫ in Phę/
done. Quare dicamus Platonē aſſerēdo de imoꝛtalita
te eē locutū. Utrum vō de anima, quęcūqꝫ dixit, cōſtā/
ter dixit, ſuperius declarauimus.

¶ Epilogus oiuꝫ eoꝝ:quę min⁹ aduerſando ys q̄ Ariſt.
dixit, dicēda ſūt de ſtatu aię poſt moꝛtē:⁊ repetitio oiuꝫ
eaꝝ qōnū:q̄ ſupiusdiſputatę ſūt:⁊ libelli ſubmiſſio ad
Leonis. 10. pōtificis maximi pedes. Cap. LXXXV.

Quia ab Ariſt. de ſtatu aię poſt moꝛtē, pau/
ca, aut nulla habem⁹:d: Platone vō pluria,
creditū eſt Ariſt. putaſſe aīas ipſas cū coꝛ/
poꝛib⁹ aboleri. Platonē vō poſt obituꝫ re/
manere. Uꝫ ex Ariſto. ipſaꝫ remanē opina/
tuꝫ eē dubitāduꝫ nō eſt, qñqdē ex ipſo itelligē, ⁊ velle,
⁊ ex itellectis ipſis, aptiſſime ipſaꝫ poſt moꝛtē remanē
deduxit, ex ipſo vellet qdem:q̄ aīa ipſa nō raro eligat
quędaꝫ ↄ ipetū coꝛpis, ⁊ eaꝫ quoꝝ ↄtra coꝛpus affectat:
qd qdē fieri nō poſſet, ſi e coꝛpe ipo ſimpl'r depēderet.

UVA. BHSC. IyR_143_2

ex ipſo intelligere v̉o, ꝙ ipſa nõ intelligat coꝛpe, nec ali
qua coꝛpoꝛis pte. Ex ipſis intellectis deniq;, quia vl̓ia/
quę ipſa intelligit, ſunt vbiq; ⁊ ſemp: ſed cũ ipa nõ ſint
per eſſentiã ſempiterna, ſed pticipatiõe animę, aïa erit
per eſſentiã ſeparata, atq; eterna: q̃re nõ eſt dubiũ euz
voluiſſe ipſaz poſt moꝛtẽ remanere. Ueruz de ſtatu aię
poſt moꝛtẽ ab ipſo pauca accępimus: ꝓpea nos aliq̃ di
cere de illo opz: nõ aſſerẽdo, ſz quę magis ÿs: que ille di
cit, cõueniũt: nõ obſtãtibꝰ eis: quę ſupius diſputauimꝰ.
Attributa aię poſt moꝛtẽ. Poſt moꝛtẽ ergo aię attribui ſolent complura, quędaz,
quę ad ipſaz attinẽt, vt intellectus eſt, ſicut cognitio re/
ruz. Eſt aũt hęc duplex: ſicut duplices ſunt res intelligi/
biles, mãles qdez: quę quidem ſimpl̓r, ⁊ ſm rem in mã
ſunt: lz ſm rõnez intelligibilia ſint imãliter, ⁊ vl̓iter, vt
ſunt vl̓ia mãlia. Sunt ⁊ res intelligibiles imãles, vt di/
uinę ſubſtãtię: quę per eſſentiã ſũt liberatę a mã, vt deꝰ
intelligẽtię ipſę: ⁊ ipſęmet aię poſt moꝛtez. Mãles res,
vl̓iaq; illaꝝ anima nõ intelligit niſi in phantaſmatibꝰ:
ſunt. n. vl̓ia reꝝ mãliuz in phãtaſmatibꝰ, hoc eſt in ſin/
gularibꝰ phantaſiabilibꝰ: ⁊ phãtaſmata ipſa in oꝛganis
coꝛpoꝛeis, vt coloꝛes in pariete, ꝓpterea hęc vl̓ia aïa
nõ itelligit ſine coꝛpe: ⁊ per ſpẽs acqſitas a phãtaſma/
tibus. Jmmãles v̉o bifariã itelligibiles ſunt, vt ſupius
perſępe diximus, aut intellectiõe: quę eſt illaꝝ effectꝰ,
vtpote ꝑ aggregationẽ cõceptuũ ex effectibꝰ illaꝝ accę
ptoꝝ: aut intellectiõe: quę eſt ipſamet res/quę itelligit̃,
vtpote qua ipſę intuitiue in ſe intelligerent̃: ⁊ qdez per
illaꝝ eſſentiã. Attribui ergo ſolet aię poſt moꝛtẽ vtraq;
reꝝ cognitio: nõ tñ niſi, qua ipſa itellectus eſt. P. Attri/
bui ſolent complura vt ſenſitiua eẽ videt̃, vt virtutes,
⁊ vitia: quę aię nõ inſunt, niſi vt habitus ſenſitiui appe/
titus, vel vt illiꝰ temperatioꝛes. Attribuũtur ea: quę hęc
ꝯſequũtur, vt pęna, gaudiuz, doloꝛ, voluptas, letitia, tri
ſtitia, dãnum ⁊ pręmiuz, ⁊ cętera, quę illa conſequũtur.
Rurſus ei attribui ſolent, quę coꝛpoꝛis ſũt, vt locꝰ, vbi
illa aut luget, aut gaudet, aut mediocriter ſe hz. Ut mo
tus, quo illa ad euz locũ fert̃, vel ducit̃: ⁊ quo illa coꝛpꝰ
aſſumit, vt nobis appeat, locutio qua altera alterã allo/
quat̃: ⁊ cętera id genus: de qbꝰ ſupius diximus. Hęc. n.
ſunt, quę aię poſt moꝛtẽ attribui ſolẽt, ⁊ complura alia,
veruz quęcũq; ei attribuũtur: vel ſunt quę intell̓s ſunt,
vt intelligere, ⁊ ſcire: vel quę ſenſus ſunt, vt v̉tutes ⁊ vi/
tia: ⁊ quę hęc comitant̃: vel quę coꝛpoꝛis ſunt, vt motus
⁊ locus, ⁊ id genus. Quãq̃ ergo de his copioſe diximus
⁊ diſputãdo/⁊ cęteroꝝ opiones narrãdo, ⁊ v̉itatẽ catho
licaz explicãdo, nũc nõ aſſerendo, ſed quę magis cõue/
niunt his, quę Ariſto. dicit addemus: nõ obſtantibꝰ his,
quę diximus. Poſt moꝛtẽ ergo aię ea, quę coꝛpoꝛis ſũt,
Ariſtoteles nõ attribueret, vt motũ ⁊ locũ: ⁊ id genꝰ: nã
omne qd̓ eſt in loco ſm euz, eſt aut per operationẽ, aut
per circũſcriptionẽ coꝛpoꝛis extrinſecus ꝯtinẽtis: cuz. n.
ipſa coꝛpꝰ nõ ſit, per circũſcriptionẽ in loco eẽ non põt.
P. Cuz poſt moꝛtẽ eiꝰ opatio nullibi appareat iure per
opationẽ nullibi eẽ poterit: remanet ergo aïa ens ſem/
piternuz, ⁊ imoꝛtale, nullibi tñ: nõ. n. ſi omne, qd̓ in loco
eſt, ſit ens, opz, vt omne ens ſit in loco. Et qm̃ nullibi ẽ
poſt obitũ, ad nulluz locũ mouebit̃: q̃re nec in dextrũ:
nec ſurſuz: nec in aliã q̃uis regionẽ, qꝛ (vt dicebamꝰ:)
lz oẽ qd̓ mouet̃, ſit ens: nõ tñ oẽ ens, mouet̃. Sil̓i rõne
diceret Ariſto. aïaz nec mutabil̓r, nec imutabil̓r in loco
eẽ: cũ ipſa in loco nõ ſit, nec ad nos venire poſſe, ⁊ appa
rere, ꝙ poſt moꝛtẽ nõ moueat̃. Diceret ẽt poſt moꝛtez
eã nõ eſſe in tpe: ſicut nulla ſubaꝝ ſeparataꝝ eſt: quare
eo ipſo, quo coꝛpꝰ deſerit, oïa ea quę ipſi vi coꝛpis attri
buebant̃: quę cũ a coꝛpe ſeparet̃: ⁊ a noſtro cõſoꝛtio ſe/
parari v̄r. Hęc Ariſto. diceret de eoꝝ attributione, quę
coꝛpis ſunt. De attributis v̉o aię: quę ſenſus ſunt: vel eẽ
videnť. Magis ꝯuenit eis, quę Ariſt. tradit, dicẽ nulla
illoꝝ attribui aię ſeparatę: vtpote nec v̉tutes, nec vitia,
nec pęnas, nec gaudia, nec doloꝛez, nec voluptatez, nec
pręmiũ, nec dãnuz. Conſonat aũt hoc eis, quę dicit in li/
bꝛis ethicoꝝ. 3°. n. libꝛo inqt, ⁊ nihil adhuc moꝛtuis vi/
det̃, neq; bonũ nec maluz: vbi loqt̃ de his quę aię attri
buũtur, vi ſcilz appetitus ſenſitiui, vt actiões ſm virtu/
tes, ⁊ vitia, ⁊ habitꝰ ipſi, ⁊ affectꝰ, ⁊ potẽtię: oïa. n. hęc ꝑ
moꝛtem eo loco credidit amitti: ꝓpea dicit eis nec boni
vel mali qcq̃ ineſſe: qꝛ aię ſunt, vt in coꝛpe eſt, ⁊ vi coꝛ/
poꝛeoꝝ ſenſuũ. ⁊ ꝑ ethicoꝝ mouẽs hanc qõnez. [At in/
quit: imo foꝛtaſſe querẽduz vtrũ ÿ: qui deceſſerũt, boni
alicuius, aut mali pticipes ſũt: ⁊ ſoluẽs inquit: videt̃. n.
⁊ ſi quicq̃ ex his ad illos ptineat ſiue bonũ/ſiue ꝯꝛium,
leue quidez ac paruũ vl̓ ſimpl̓r vel ipſis eẽ: deniq; nec
tantũ/neq; tale, vt beatos efficere, qui nõ ſunt, aut illis,
qui ſunt, auferre beatitudinẽ quęat.] Ubi pz euz loqui
de aïabus: quas poſt moꝛtẽ Plato moꝛtuos appellat: ⁊
ipſe vbiq;. Jllis ergo bonũ vl̓ maluz moꝛis, beatitudo
vel miſeria attribuẽda nõ eſt, niſi pꝛout in noſtris me/
moꝛÿs relinquũtur, vt expoſitoꝛ diuus Thomas expo/
ſuit: hęc enim ſunt bona vel mala hominis, vel aię pꝛo
pręſenti vita, virtus enim eſt ſummũ bonuz animę nõ
ſimpliciter, ſed eoꝝ: quę pertinent ad pręſentez vitam:
vitium quoq; eoꝝ, peſſimuz ſimiliter, quę ad pręſentẽ
vitam attinent. At cum anima poſt moꝛtez ſeparetur a
pręſenti vita, a noſtro etiam conſoꝛtio, ideo libꝛis ethi/
coꝝ dixit eaz ſeparari ab his bonis: quę nobis inſunt in
pręſenti vita: ⁊ ab ÿs malis: quare eoipſo, ꝙ coꝛpꝰ deſe
rit, oïa hęc deſerere diceret Ariſt. Ex his ſeqt̃ poſt moꝛ
tem ſm Ariſto. in his bonis, vl̓ malis aïas nec eẽ ęqua/
les, nec inęquales: cũ ab ÿs oïbus ęqual̓r ſeparatę relin
quant̃: nec eoꝝ aliqd illis remanet, niſi in noſtris me/
moꝛÿs: ſequit̃ etiam eas nullas nec pęnas, nec gaudia
ſubire, cũ pęnę ⁊ gaudia, doloꝛes ⁊ voluptates p̃ter vir/
tutes, ⁊ vitia nullas poſt moꝛtez aſſerat Ariſto. nullum
neq; p̃miũ vel dãnuz: meritũ vel demeritũ: cũ hęc non
ſint alia p̃ter v̉tutes ipſas, ⁊ vitia: a qbꝰ poſt moꝛtez pę/
nitus ſeparat̃ aïa. De his v̉o, quę ei attribuũtur, vt itel/
lectꝰ eſt. Magis ꝯſonũ eſt dictis Ariſto. dicere aïam in
coꝛpe intelligere res, ⁊ mãles, ⁊ imãles. Mãles qdẽ vi
vnionis per ſpẽs a phantaſmatibꝰ acqſitas. Jmmãles
v̉o in rebꝰ mãlibꝰ: cuz. n. aïa ſit res ſimpl̓r imãlis, ⁊ duz
eſt in coꝛpe, ſit mãlis, ſic mãles res itelligit, ⁊ imãles in
ipſis mãlibꝰ. Poſt moꝛtẽ v̉o vi ſepatõis imãles appͤhẽ
dit, ⁊ in ipſis imãlibꝰ appꝛehẽſis appꝛehẽdit mãlia. Cõ
ſonat autẽ h̓ ÿs quę dicit p̉mo ⁊ 3° de aïa. Aliqñ. n. dicit
intell̓m poſt moꝛtẽ nõ reminiſci eoꝝ vl̓iuz: quę in vita
nouit, qm̃ ſenſus coꝛrũpunt̃ ſine qbꝰ non intelligit aïa.
Dicit etiã ſine phãtaſmate eã hęc vl̓ia mãlia nõ intelli/
gere: ⁊ ita nõ ſine coꝛpoꝛe. Quare v̄r magis ꝯſonuz eis,
quę aſſerit, eſſe dicẽduz aïam ſeparatã eoꝝ nõ remini/
ſci: ſz vi ſeparationis, eoipſo ꝙ ſeparata eſt: omnes res
ſimpl̓r imãles itelligẽ, nõ qdẽ in rebus mãlibꝰ illas co/
gnoſcẽdo, ſz potiꝰ mãles appꝛehẽdendo in rebꝰ imãli/
bus appꝛehẽſis: eo. n. ipſo ꝙ coꝛpꝰ deſerit, ⁊ ſepata eſt,
vi ſepationis oẽs aię ſũt eq̃les, eq̃l̓r affectę atq; diſpoſi
tę ad itelligẽduz imãlia ꝑ illaꝝ eſſentias, ⁊ itellectiõe, q̃
eſt ipſę res itellectę: vñ eoipſo ꝙ ſepata eſt ⁊ ipſaz, ⁊ cę/
teras aïas ei ſil̓es, ⁊ ſubas ſublimes per illaꝝ eſſentias
appꝛehẽdit: ⁊ oẽs res mãles: vt in rebꝰ illis imãlibꝰ ꝯti
nent̃. Jn coꝛpe ergo itelligebat imãlia in rebꝰ mãlibꝰ.
Separata v̉o ꝯ mãlia in rebꝰ imãlibꝰ. Patet ergo ſm

UVA. BHSC. IyR_143_2

Ariſtotelem ipſaz non cognoſcere ea, quę hic fiunt, nec ſingularia, vt amicos, ꝛ ꝓximos, ꝛ actiones illoꝝ: niſi, q̃tenus hęc in reb⁹ im̃alib⁹, quas poſt mortē apprehendit, ꝯtinent̃: cog̃ne reꝝ im̃aliū cognoſcit ipſa oīa m̃alia ꝛ vl'ia ꝛ ſingularia, veluti de⁹ apprehēſione ſuę eſſentię apprehendit oīa alia p̃ter ip̃m: ꝛ ſingularia, ꝛ vl'ia, ꝛ oīa illoꝝ accidētia / ꝛ mot⁹. Pꝫ inſup ipſaz nō apprehēdere op̱abilia, nec artes, detinere, quaꝝ opera exercuit, niſi vt in reb⁹ im̃alib⁹ ꝯtinent̃. P̃. Pꝫ oēs aīas poſt mortez ęqual'r intelligere etiā eoꝝ qui ante lucē deceſſerūt: naz oēs relinquūtur ęqual'r ſeparatę, modo ad intelligēduz im̃alia ſola ſeparatio ſufficit, qua corp⁹ deſerit, qđ erat ei ad hoc ip̄edimento. Inſuper pꝫ eas nō fruſtra fuiſſe corporib⁹ vnitas: q2 lꝫ cū corpora deſerāt, nihil reportent, nō fuerūt corporib⁹ vnitę, vt illa reportarent, quę in corporib⁹ exercuerūt, q̄m nō fuerunt corporib⁹ vnitę, niſi vt illis p̱ticiparent certo tēpoꝝ curriculo: quāq̄ꝫ eniz ferinę aīę nihil reportent poſt mortem eoꝝ: quę in corporib⁹ habuerunt: cum nō ſint, nō fruſtra corporib⁹ vniri dicebant̃: q̄m finē aſſecutę ſunt, ob quē illis vniebant̃: q̄m vniebant̃, vt certo tempoꝝ curriculo bonis cōib⁹ aīę ꝛ corporis participarent, intellectuales ergo animę nō fruſtra corp̱ib⁹ vniunt̃, ꝛ ſi poſt mortez nihil reportent, q̄m nō vt reportarent corporib⁹ vniebātur. Sed (vt certo tp̱e bonis aīę ꝛ corporis cōib⁹ potirēt̃) quo tp̱e elapſo: poſt mortē aliud maius bonū ꝯſequūt̃, qđ nō vi vnionis, ſed vi ſeparationis ꝯſequi illas iuſtū eſt. Qđ ſi ita ſit, aīę eoꝝ, qui ante lucem deceſſerunt, lꝫ fruſtra corporib⁹ fuerunt vnitę: nō tamen fruſtra fuerunt factę: nam lꝫ bonum non conſequātur vnionis vi conſequēdum: bonuz ſimpl'r ꝯſequūtur, qđ eſt cognitio oīuz rerū, quā vi ſeparatiōis h̄re vident̃. Hęc ſunt, quę Ariſto. diceret. Si aperte ſibiipſi ꝯſtans qōnes ſup̱ius motas vellet definire. At qui vult illa oīa quę aīę attribuūtur per ph̄iaz ſaluare, ſuperi⁹ diximus, quō p̄ōt illa ſaluare: hic tñ modus, quē epilogādo explicauimus: lꝫ falſus ſit, tñ magis cōſonat ijs, quę Ariſto. dicit, Plato etiaz nō ſemel hūc modum viſus eſt velle, Marcus ēt Tullius, ꝛ complures alij: qui poſt mortē aīas remanē arbitrati ſunt. Sed q̄m in reb⁹ diuinis, ꝛ in ijs, quę noſtris ſenſib⁹ nō ſubiacent, fides, ꝛ maioꝝ auctoritas eſt potiſſimū argumentū, vt Plato dicit, dicamus pro veritate poſt mortē aīaz remanere cū ijs oīb⁹, quę in corpore acq̄ſiuit, mō illa a corpore / vel ab aliqua corporis particula nō depēdeāt, ideo ꝛ ſciētię, ꝛ virtutes, ꝛ vitia remanent, p̱ęnę quoqꝫ ꝛ gaudia, p̃miū ꝛ dānū, ꝛ cętera id genus. P̃. Remanet ꝛ aīarum inęqualitas, veluti in corp̱ib⁹ inęqual'r ſe habuerūt. Remanēt p̃terea in loco vt ad eū motę fuerunt ſaltem definitiue: lꝫ nō circūſcriptiue: nec omnes in eodez: graues. n. aīę in imis terrę regionib⁹, leues, ꝛ ſpirituales in cęlo cęterę pro rōne affectuū vnaquęqꝫ in ſuo loco, vt iuſtitia diuina ordinauit. Hęc. n. tradiderūt maiores noſtri: ꝛ hęc tenēda eſſe nemo dꝫ dubitare: q̱a, vt ꝓbauim⁹ ſuperius, virtutes non ſunt ꝓpter ſe expetēdę: aīa etiā eſt ſub̄m eternuz a quo virtus ꝛ vitium vt a ſubiecto dependent. Hęc ſunt quę mihi vident̃: quę an bene dicta ſint, pedib⁹ tuę ſanctitatis ſubmitto, ꝛ illa aſſero: quę ſanctitas tua bñ eſſe dicta indicat, cętera quę illi nō videbunt̃, ilico reuoco, ꝛ tāq̄ꝫ male dicta explodo: refuto atqꝫ diluo. Dixim⁹ eniz illa diſputatiue: vt videant̃ q̄ꝫtū valeant quę Pomp. dixit. Valeat Sanctitas tua, ꝛ diu felix.

¶ Venetijs impenſa heredum quōdam Domini Octauiani Scoti Modoetienſis ac ſociorum
13. Aprilis.
1521

## Regiſtrum

A a b c d Unaqueqꝫ haꝝ l'raꝝ cōtinet tria folia excepta A que ꝯtinet ſoluz vnū foliū.

UVA. BHSC. IyR_143_2

UVA. BHSC. IyR_143_2